6
3 b M
6
10 0
16

C. 8.

14-22.1.6

6 3 6 4 4

Digitized by Google

LOCI COMMVNES SACRI ET PROFANI

SENTENTIARVM OMNIS GENERIS EX AVTHORIBVS GRÆCIS PLVS QVAM TRECENTIS CONGESTARVM PER IOANNEM STOBÆVM, ET veteres in Græcia monachos Antonium & Maximum [redacted] Tigurino Latinitate donati, & nunc primùm in vnum volumen Græcis ac Latinis è regione positis coniuncti.

Adiecti sunt INDICES *Locorum communium duo, vnus iuxta ordinem quo se deinceps consequuntur: alter alphabeticus, ex quo etiam apparebit, si quando fortè vna de re aut simili in locis diuersis agitur.*

BIBLIOTECA ROMA

FRANCOFVRTI
Ex officina Typographica Andreæ Wecheli,
Impensis Roberti Cambieri.
M. D. LXXXI.

Digitized by Google

AD LECTOREM CONradi Gesneri tetrastichon.

Εἴ τις θέλει σὺν ἑδρι῀ῳ τῆς Ἑλλάδος
Σοφῶν ἁπάντων εἰσοέξειν τε, καὶ κλύειν
Αὐτῷ λεγόντων πανσόφως λόγους, ταχὺ
Εἰς τοῦδε βίβλον εἰσίτω, ὄναιτό τε.

T. LVCRETIVS.

Floriferis vt apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem decerpsimus aurea dicta.

PRAECLARIS ET NOBILIBVS VIRIS, D. IOANNI IACOBO A WATENWIL, ET D. IOANNI FRANCISCO NÆGELIN, MAGNIFICÆ HELVETIORVM REIPVB. Bernensis Consulibus dignissimis, totiq; Senatus ordini amplissimo, Dominis suis colendissimis, Conradus Gesnerus Tigurinus, Salutem & pacem in Domino nostro Iesu Christo.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ARGVMENTVM.

Causa dedicationis.

Operis diuisio, primùm in Locos Morales, OEconomicos, & Politicos, eum explicatione qui fructus ex singulis capiatur: Deinde qui loci huius Operis ad animi, corporis, aut fortunæ bona: & qui ad honestum, iucundum, aut vtile pertineant.

Quomodo, ex quot & quibus autoribus hos flores Stobæus collegerit: & obiter quantum ingenij doctrinæq; bona, fortunæ bonis antecellant.

Humana sapientia & philosophiæ partes, quid & quomodo ad Theologiam conferant.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

NON *possum equidem illos probare, Clarissimi viri, qui morem antiquitus receptum, vt quisq; ingenij & lucubrationum suarum opera, quæ in publicum exire velit, alijs nuncupet quos amat aut reueretur, ceu parum liberalem criminantur. Cùm enim cæteris hominibus aliquod doctrinæ opus dedicare, humanitatis & amicitiæ signum est illustre: tum illis præcipuè, qui magistratum gerunt, huiusmodi libros offerri par est, partim quoniam ita nos eis plurimum debere testamur, partim ad philosophandum hoc modo allicimus. Atqui Plato tum demum rempub. optimè habituram pronunciauit, cùm aut principes circa philosophiam, aut philosophi circa imperium versarentur. Cæterùm vt hoc Opus Io. Stobæi, nunc primùm opera mea Latinitati donatum, Excellentiæ vestræ inscriberem, multæ quidem sunt causæ, quæ me impulerunt id vt facerem, præcipuè autem duæ: altera, quoniam Lausannæ stipendio vestro liberaliter conductus, Græcas literas illic per triennium pro virili mea docui: vbi forsan etiamnum agerem, nisi certæ rationes in patriam me reuocassent: altera, quòd amplissimus ordo vester permultos habet viros, qui vel in clarissima vrbe, vel pulcherrima ditione vestra rempub. moderantur, in humanioribus disciplinis aut eximiè, aut saltem mediocriter eruditos: Et illi etiam, qui peculiares ob causas & occupationes literas non didicerunt, quod non mirum est in tanto senatorum democratico numero, sedulò tamen interim melioribus studijs, & bonis doctisq; hominibus patrocinantur, ac Mæcenates fidissimos agunt, vnà cum bonis literis & earum cultoribus religionis quoq; synceritatem promouentes: no secus ac elephanti, qui cùm natare nesciant, iuxta ripas fluuiorũ obambulare gaudent. Adducerem huius rei testimonia, & contexerem catalogum doctorum hominum, qui in regione vestra aut Euangelium purè docent, aut linguas & bonas scientias profitentur, quibus & stipendia liberaliter largimini, & bibliothecas instruitis: nisi plures illi essent, quàm in præsentia enumerari conueniat: & res ipsa luculentior, quàm vt à me prædicari sit opus. Itaq; vt beneficijs vestris olim in me collatis non ingratus essem, ac vos maximè dignos literato munere declararem, hosce Stobai communes locos Excellentiæ vestræ nuncupare volui. Non poterit autem*

Digitized by Google

opinor id vobis ingratum esse, quo ego meam erga vos gratitudinem summa diligentia probare conatus sum.

Quinetiam argumentum huius libri omnino politicum est, & magistratui aptissimum. Habet enim plurimos sermones morales, œconomicos, & politicos, quorum numerus est supra centum viginti: perpauci enim sunt qui ad tres istos generales non pertineant. Morales de studio virtutum, ac vitiorum fuga egregiè docent. Debet autem magistratus præ omnibus alijs disciplinæ morum & affectuum moderationi operam dare. Nam in sublimi exempla eorum sita sunt, ab omnibus suspiciuntur, ad imitationem proponuntur. Hinc fit vt populus ferè talis vltro fiat, qualis est magistratus. Cùm igitur illi qui rempub. administrant, suis virtutibus ac exemplis prodesse possint quàm plurimis, secus autem plurimos offendere, multo magis quàm priuatis hominibus disciplina morum ipsis excolenda fuerit. Quamuis enim vnusquisq; nostrûm non sibi tantùm (sed patriæ & reipub. natus est, in primis tamen magistratus omnium communi saluti prospicere debet, ac diuinam viuendi puritatem, inq; cæteros homines benignitatem imitari, ne frustra Dei vocabulo in sacris literis appelletur. Huc accedit, quòd singulos rationem, qua sibimet imperent, callere prius oporteat, quàm alijs imperare velint. Continetur autem hæc ratio in locis moralibus, qui ante cæteros apud Stobæum habentur.

Alij sunt œconomici, qui ad familiæ disciplinam faciunt, cuius proxima cura post seipsum vnicuiq; habenda est. Hæc vt in omnibus etiam priuatis diligens accurataq;, ita præcipuè in magistratu diligentissima requiritur. Nam in hoc ipsius boni ac virtutis maxima, pulcherrima, & peculiaris omnino sita vis est, vt nunquam desinat quàm fieri potest plurimos, sibi quàm simillimos reddere. Itaq; vir bonus ab initio curabit, vt ipsemet virtutis studiosus, & sibi semper vndiq; similis constansq; sit, mox omnibus modis vt familiam quoq; talem reddat enitetur, nec vnquam à bona institutione ipsius feriabitur. Bonum enim cessare non potest, præsente materia nunquam ociatur, agit perpetuò. Bonus igitur vir vbi bonam familiam effecerit, subinde etiam extra eam per proxima quæq; ad remotiora pergens (infinita enim boni ratio est) omnia sibi conatur assimilare, & vero virtutis studio imbuere. Quippe bonitas siue virtus, ignis quidam cœlestis est, quantumcunq; potest sibi vendicans, & in se conuertens. Ignem appello, quoniam non cessat, quamdiu materia suppetit, priusquam in se verterit totam. At quoniam terrenus noster ignis id quidem facit, sed interim corrumpit & absumit res in quas agit, virtutem vocare libet cœlicum ignem, qui non lædit, non consumit, sed benigno calore suo fouet ac reficit. Quandoquidem & virtus sic omnia sibi vsurpat, & in suam naturam conuertit, vt conuertenda nihil interim patiantur, sed meliora seipsis, & absolutiora planè fiant. Quisquis igitur familiam suam non bene instituit, docet, emendat, idq; perpetuò, summa fide ac diligentia, boni viri nomine non satis dignus fuerit. Melius autem nemo instituet, quàm qui naturali, aut potius diuinæ bonitati suæ œconomicam disciplinam adiunxerit, quæ quidem ex hisce Stobæi locis non obscurè percipitur. Iam quod dixi, nullum bene gubernaturum rempub. qui non antea seipsum regere didicerit, idem de administratione familiæ intelligendum est. Qui enim domui suæ non rectè præfuerit, quomodo rempublicam reget? Quippe familia ceu parua quædam politia est. Et quemadmodum patrem erga familiam affectum esse conuenit, ita principem erga illos, qui fidei curæque eius commissi sunt. Proinde Romani pleno humanitatis nomine senatores suos patres vocitabant. Hactenus de disciplina morum & vitæ tum in singulis hominibus, tum in familijs obseruanda, quæ instar fundamenti est ad sequentem administrationem reipub. ac sine qua sic non esse potest politia, vt totum absque partibus haud existit, satis dictum sit.

Cæterùm politici loci permulti à Stobæo doctè copioseq; proponuntur, quibus præcepta & consilia vberrima, eademq; saluberrima continentur, de republica, legibus & consuetudinibus, viris po-

viris potentibus in ciuitate, magistratu, & qualem esse oporteat illum qui gerit magistratum, de monarchia, regno, tyrannide. Non autem domestica solùm & pacis, sed etiam militaria belliq; consilia ab eo collecta sunt.

Hactenus ferè complexus sum huius libri summariam diuisionem. Verùm quia triplex bonum est, vt inter plerosq; sapientiũ conuenit: animi inquam, corporis, & fortunæ: ex his primo, quod verum perpetuumq; est, loci morales, eiq; plurimi, vtpote præstantissimo, destinati sunt; reliquis pauciores. Nempe loci aliquot de medicis, sanitate, morbo, & pulchritudine inserti sunt, qui ad bona vel mala corporis referuntur. De fortuna etiam & infortunio, diuitijs, paupertate, ac eiusdem generis locos aliquot postremò locauit, donec tandem ad senectutem, mortem, luctum, sepulturam, & consolationem perueniens, librum claudit. Quòd si boni rationem aliter distribuere placet, videlicet ab ipsa rerum natura, in honestum, iucundum, & vtile: sic etiam apparebit, omnem boni circumscriptionem & latitudinem in hisce Stobæi nõstri, aut iam potiùs vestri, copiosissimus locis comprehensam esse. Siquidem honesta, eadem quæ animi bona sunt: dulcia verò & iucunda, quibus corporei sensus fruuntur ac demulcentur: vtilia deniq; fortuna suppeditat.

Habetis Clarissimi viri, quænam res ab hoc autore proponantur, quo ordine, quaq; ordinis ratione: reliquum est, vt quomodo ipsas tractauerit, paucis aperiam. Non igitur ipse autor eruditione sua fretus hoc volumen exarauit, nec vni & alteri philosopho innixus, nec vni tantùm addictus sectæ: sed ex omnibus Græciæ totius sapientissimis ac primariæ notæ scriptoribus, non ex malis & promiscuis meliora, veluti, quod dici solet, de stercore gemmas: sed ex optimis optima quæq; delegit, atq; ex aceruo gemmarum pretiosiores duntaxat in suum thesaurũ retulit. Quippe grauissimas & illustrissimas Græcorum sententias, interdum & historias elegantiores, & exempla memorabilia, quicquid ipse nimirum per omnem ætatem obseruare legendo potuit, ex amplissimis ac vetustissimis librorum thesauris depromptum, in centum & viginti Sermones, tanquam in totidem pretiosissima monilia connexuit: ex multis fragrantissimis rosis ac floribus diuersis, totidem seruias, aut coronas, ordine miro composuit: & instar apiculæ, ex vario genere florum, quicquid inerat succi suauioris exhauriens, in vnum opus verè mellitum, & instar elegantissimi faui in multas veluti cellulas distinctum, plurima & floridissima autorum prata peruolitans vndiq; congessit: deniq; hanc ceu officinam suam, aut apothecam, diuerso genere nobilium aromatum instar diuitis pharmacopolæ, singula suis capsulis discernens, impleuit. Et vti bonus œconomus præstantiores arborum fructus, & qui ætatem ferre possunt, diligenter in suum penu recondit: ita Stobæus gnomas elegantiores, quæ dignæ videbantur vt diutissimè hominibus superstites essent, in hunc librum conscripsit. Quicquid vbiq; pulchrum erat, vtile, admirandum, collegit: veluti locupletissimus aliquis mercator, ex varijs ac remotissimis gentibus omnia vndiq; egregia, rara, preciosa, conducibilia, coemit, & in domum conuehit. Sicut Indici grypes aurum effodiunt discissis rostro petris, quæ guttis aureis conspersæ sunt minutissimis, idq; magno studio reseruant: ita noster Gnomographus sententias planè aureas, & (vt ita loquar) gemmosas, plurimis & prolixis autorum operibus dispersas, laboris assiduitate in magnum cumulum contulit.

Sed huiusmodi apophthegmata, præcepta, consilia, chriæ, gnomæ, vel quomodocunq; appellentur, tantum auro gemmisq; præstant, quantum externa corporeis cedunt, & hæc rursus animæ bonis inferiora sunt. Corpora gemmata & ornata auro, nihilo seipsis meliora fiunt, tum inter homines, tum inter cætera siue animata siue inanimata corpora (nam & equus vtcunq; phaleris & frenis insigniatur, non fit seipso melior) fortassis autem deteriora sic euadunt, præsertim hominum, tumore superbiæ inflata. Anima verò sapientiæ præceptis imbuta, supra omne brutum & mortale genus ad cœlos attollitur. Item cùm vna gemma non possit nisi corpus vnum or-

nare, & quandiu propria alicuius est, nihil iuuat alios: sapientis viri doctrina volentes omnes instituere, meliores reddere, ac omnibus ex æquo prodesse potest: imò quo pluribus communicatur, & longiori tempore vsurpatur, hoc efficacior semper fieri videtur. Non enim vllo tempore vel vtentium numero circumscribitur. Corporis autem & fortunæ bonis planè contrarium accidit: imminuuntur enim, senescunt & absumuntur, cùm vel diu, vel à multis vsurpantur. Postremò hoc interest (dicam enim, etsi fortè non magnum videri possit) inter fortunæ χειμήλια, & bona præcepta literis ac libris mandata, quòd illa non idonea sunt, vt ex vno plura fiant: hæc verò per infinita exemplaria transcribi licet, artis typographicæ beneficio. Aristoteles multa scripserat ad solum Alexandrum Magnum, quibus omnes hodie passim modica pecunia redemptis, ob fœcundam exemplarium copiam frui liberè possunt. Et ego vestræ solùm Excellentiæ conuersum à me in Latinam linguam Stobæi volumen nuncupaui, sed eo per vos fruentur quotcunq; volent studiosi. Non tamen eo vilius reputandum est donum, quia pluribus communicetur. Liberalitas enim est, quamplurimos bonorum suorum participes fieri velle: qualem vobis omnino voluntatẽ inesse, re ipsa indies approbatis. Sed hæc fortè prolixiùs apud scientes disserui. Verùm quæ pulchra & honesta sunt, ter & quater, vt est in prouerbio, repetijsse iuuat. Porrò autores, quorum verba passim Stobæus recitat, numero sunt supra ducentos & 40. vt appareat in catalogo Operi præfixo. At si quis numeret accuratiùs, circiter trecentos inueniet: ex quibus equidem quadraginta solùm reperio, qui hodie partim excusi typis, partim in bibliothecis quibusdam extant: reliqui omnes nobis interierunt. Sed eodem numero inter ducentos & 40. aut potiùs trecentos scriptores, illos etiam comprehendo, qui tamen pauciores sunt, quorum opera nulla extant, sententiæ autem ipsorum ab alijs in commentarios redactæ sunt, vt Socratis à Platone & Xenophonte. Tot nobis autores ab interitu vindicauit diligentissimus Stobæus, qui fortè iam magna ex parte ne vixisse quidem cognoscerentur: nedum omnia ipsorum scripta dictáve temporis iniuria perijssent, situ, blattis, incendijs, & similibus incommodis absumpti. Optimè factum igitur, quòd seruati nobis sint, & non sine diuina opinor prouidentia ab illa panolethria bonis libris iamiam imminente, & casum nutando minante, tanquam ex conflagratione quadam diuitis domus, non toti quidem, sed quod optimum in eis erat, extracti. Statim enim post ætatem Stobæi, exitium plerisq; bonis libris contigisse reor, barbaris omnia populantibus, & vnà cum Romanorum imperio literis quoque declinantibus. Gratulemur igitur nobis, quòd isti saltem autores opera Stobæi supersint, & veluti in concilio quodam principum & sapientium virorum, qui ex diuersis partibus orbis conuenerunt, prudentissima consilia conferant, suam singuli sententiam tanquam in Areopago grauissimè pronunciantes. Adiungite vobis igitur Ornatissimi viri, consultores huiusmodi, principes, legislatores, imperatores, philosophos, poetas, oratores, qui per mille annos, & supra, omnium consensu pro sapientissimis inter omnes ethnicos approbati sunt, videlicet à tempore septem Græciæ sapientium, quod annos circiter septingentos & quadraginta Christi natiuitatem præcessit, vsque ad Probi Imperatoris sæculum, qui ducentis & septuaginta nouem annis à Christi natiuitate exactis imperauit. Ad eius enim ætatem vsque vixit Porphyrius, cuius verba aliquoties à Stobæo citantur: quanquam & Iamblichi, qui Porphyrio posterior fuit. Reliqui verò omnes, ni fallor, ætate superiores fuerunt. Illorum autem, qui ante sæculum septem sapientium claruerunt, vt Homeri, Hesiodi, Orphei, quoniam perpauci sunt, annos quibus superant aliorum ætatem, non addidi mille annorum numero: alioqui multo longioris temporis, & plurium sæculorum sapientes in hoc libro conuenisse prædicarem. De ipso Io. Stobæo, quo tempore vixerit, certi nihil inuenio, nisi quod ex iam dictis patet eum post Imperatoris Probi tempus floruisse, & Christianum fuisse ex ipso nomine colligo. Cùm igitur ex optimis duntaxat summorum & clarissimorum hominum scriptis ac sententijs hic liber conflatus sit, non solùm ad institutionem vitæ, ac

morum

morum disciplinam conferet: sed etiam ad disserendi copiam utilis erit, siue testimonia & autoritates nominatim allegare libuerit, siue argumenta solùm scribendæ dicendæ ve orationi inde conquirere.

Non est autem contemnenda sapientia humana: quamuis enim sine dono fidei inutilis sit ad beatitudinem æternæ vitæ, neq; possit suo ingenio suis ve operibus cœlo potiri (vt aliqui philosophorum existimarunt) vtilissima tamen, imò necessaria est, ad res humanas & negotia ciuilia contemplandum & administrandum. Quod si etiam cum pietate diuina iungatur, iam optimum & pulcherrimum temperamentum fiet. Non enim inter se pugnant, vt imperiti quidam statuunt, ciuilis, œconomica, moralis, naturalis, logica, & diuina sapientia. Sed humana quoq; Dei donum est, vt in Salomone patet: cui Deus sapientiam largitus est, qua populum suum regeret, id est politicam: de animalium & stirpium naturis differeret, id est naturalem: litigantium controuersias solueret, quod sine dialectica, id est veri falsiq; censura fieri non potest. Et licet omnium animis huiusmodi sapientiæ semina innata sint, in hoc tamen virtus & laus eorum est posita, si excolantur ita, vt præ cæteris plurimùm excellant. quod in Salomone contigit, non cultu quidem aut exercitio, vt in alijs sapientibus, sed munere diuino. Quamobrem & regina Sabe ad ipsum venit, sapientiæ famam sequuta, humanæ potiùs quàm diuinæ, vtpote mulier ethnica. Quamuis enim omnis sapientia mortalibus à Deo communicetur; alteram tamen humanam vocamus, alteram diuinam, nimirum à rebus circa quas versantur; hæc nempe diuinas & æternas, illa verò humanas & caducas. Aut certè propter dignitatem & præstantiam, quod commune nomen erat, si spectes autorem qui confert vtranq;, alteri ceu proprium attribuitur. Demonstrato igitur, non aduersari terrestrem philosophiam cœlesti: si hic locus & tempus admitterent, conarer etiam ostendere, quòd nó parum ei conferret. Quid obsecro tam Christiané (de vita & actionibus, non de fide loquor) dici potest, quàm illa in Platonicis dialogis sæpe repetita: Melius esse iniuriam pati quàm inferre: Miserum esse, qui peccatorum pœnas non luit: Non faciendum alteri, quod tibi fieri nolis? Et alia huiusmodi, quæ ceu fundamentum sunt morum & operum Christianorum, vitæq; optimè in repub. instituendæ. Socrates, Pythagoras, & alij similes eis purè philosophi, si viuerent hodie, etiam inter illos qui se Christianos profitentur, quis eos ex viuendi disciplina non sanctos diceret? Siquidem omne studium ad animi tranquillitatem, corporis frugalitatem, innocentiam vitæ, denique meditationem ac laudes vnius Dei conuerterunt. Certè philosophia omnis aut in contemplatione naturæ sita est, motus corporum cœlestium simul & terrenorum considerat, & alia quædam, quæ vel ipsis corporibus, vel ipsorum motibus annexa sunt, & tandem in primo motore, id est, vnico omnipotente Deo quiescit: quomodo igitur sacris literis contraria fuerit, quæ creatorem æternum ex rebus creatis, & inuisibilem Dei maiestatem ex rebus sub visum cadentibus, paulatim à sensibus opacis ad meram & puram mentem, ab elementis corporum ad simplicem diuinam essentiam, à terra ad cœlum & diuinitatis vsque thronum, propéque Deum cernendum ceu per gradus quosdam animis subuectis æstimare iubet? Altera philosophiæ pars dicendi methodum, verum à falso discernendi, & necessarium à probabili, rationem docet: cuius scientiæ in omni quæstione proposita communis est non solùm commoditas, sed etiam necessitas. Proponuntur autem sæpe quæstiones in sacra scriptura, & in dubium vocantur. Quomodo igitur huic scientiæ cum sacris non conueniet, cùm Apostolus dicendi facultatem, & aduersarios redarguendi, tenere nos iubeat? Tertia pars morum, familiæ ac reipub. disciplinam præscribit, vitia cauenda, virtutes modis omnibus amplexandas commonefacit. Sed non immorabor hic prolixiùs: non enim dubito, quin vos ipsi pro vestra prudentia sat intelligatis, veterum licet ethnicorum, in rebus humanis sapientiam Christianæ professioni non tantùm non aduersari, sed eam potiùs iuuare: non quidem ad beatitudinis finem, sed ad illustrationem, clarioremq; eius traditionem,

& contra impios cauillatores in disputando sitam defensionem. Omnes igitur partes, quibus philosophia tota perficitur, saluberrimæ optimæq; sunt, præsertim si doctrina Christiana colophonem eis imponat: atq; omnia ista, contemplationem inquam naturæ, eloquentiam & iudicium orationis, deniq; totam de moribus institutionem, in honorem & gloriam Dei, ac vtilitatem proximi conuertat. quod licet etiam ethnicorum non pauci doceant, obscurè tamen id faciunt, nec adeò clarè, constanter, ac frequenter, vt sacræ literæ. Porrò si qui ex veteribus philosophia sunt abusi (permultæ enim sectæ fuerunt) ideóne statim philosophiam ipsam abijciemus & in totum damnabimus? Haudquaquam. Eadem enim ratione cùm alia plurima maximaq; bona, tum ipsas quoq; sacrosanctas literas damnaremus, quibus magna pars hominum (si modò illi homines dicendi sunt) abutitur, & malè interpretatur. Reliqua igitur omnia quæ terrenam & humanam fælicitatem spectant, cuius non modica cura magistratui esse debet, ex syncera ethnicorum philosophia abundè sumuntur: beatitudinis autem æternæ causa, id est fides, quæ constanter credit quòd Iesus Christus filius Dei viui homo factus, sine omni labe, ad peccata fidelium tollenda mortem obierit, resurrexerit, inq; cœlos ad patris dexteram redierit, quò nos quoq; primùm anima, ac demum etiam corpore migraturi simus, immortalesq; apud eum victuri: hæc inquam fides ex sacris literis tantùm, & diuinitus per gratiam & misericordiam Dei acquiri potest. Atqui hæc spiritualis sapientia sola nobis satisfaceret, nisi carnem circumferremus, multis rebus externis indigeremus, inter creaturas versaremur, deniq; cum hominibus partim imperitis & stolidis, partim natura malis commercium haberemus. Sed ne longius extra oleas, vt aiunt, abeam, epistolæ finem hic imponam.

Requirebat quidem hic locus tum vestras, tum ciuitatis Bernensis celeberrimas laudes prædicari, religionis synceritatem renatam, prudentissimam reipublicæ moderationem, in bonas literas earumq; studiosos beneuolentiam, amorem, ac liberalitatem, gentis fortitudinem, situm, amplitudinem, & fertilitatem regionis, deniq; multa huiusmodi dignis laudibus celebrari: Sed cùm dotes virtutesq; omnes & vestras & reipub totius oratione mea, sic vt merentur, complecti non possim: & si vel partem aliquam enumerare velim, liber mihi conscribendus foret, non epistola: pauca verò dicere de magnificentia vestra indignum esset: statui in præsentia tacere, & istam prouinciã alijs doctioribus & eloquentioribus ingenijs relinquere. Quod superest, Humanitatem vestram oro & obsecro, amplissimi viri ac Domini benignissimi, vt hoc qualecunq; monumentum, pignus, ac testimonium gratitudinis & reuerentiæ erga vos meæ æqui boniq; consulatis: eodemq; animo, quo vobis à me offertur, grato videlicet & candido, accipiatis: deniq; inter clientes vestros perpetuò me Excellentiæ vestræ commendatum habeatis. Valete, & viuite fælices per Dominum nostrum Iesum Christum, qui vobis Christianæ religionis affectum semper augeat, & rempub. vestram cum omnibus bonis & doctis viris incolumem diutissimè conseruet. Tiguri, XIII. die Iunij, M. D. XLIII.

CONRADI

CONRADI GESNERI IN IOANNIS STOBÆI COLLECTANEA, EORVMQVE CONVERSIONEM, AD CANdidum Lectorem Præfatio.

NIMIAM fortassis audaciam in me reprehendet aliquis, qui hanc Stobæi communium locorum interpretationem aggressus sim, vnico fretus exemplari, librorum omnium, qui hactenus vnquam excusi sunt vsquam, longè corruptissimo, siue id accidit culpa typographorum, siue archetypi, siue, quod magis crediderim, vtrorumq; vitio. Quod si hoc mihi, vt metuo, & non immeritò fortè, acciderit: non aliud fermè excusationis genus habeo, nisi vt dicam omnino in difficilibus rebus audendum esse, nec aliter quicquam effici, & sperare me non ægrè ab æquis ingenijs non veniam solùm, sicubi non satisfecero, consecuturũ, sed insuper gratiam ac beneuolentiam pro illis quæ commodè transtulisse, aut etiam illustrasse videbor. Quantumcunq; enim vel ingenij viribus, vel assiduo labore præstare potui, id omne in huius scriptoris emendationem collatum est, vt hoc velut Augiæ stabulum expurgaretur. Verùm vt candidus Lector faciliùs mihi fidem adhibeat, paucis aliquot laboris mei partes enumerabo. Primùm igitur autorum omnium, quotquot hactenus typis excusos habere potui, locos à Stobæo citatos diligentissimè perquisiui, contuli, & ad ipsa archetypa correxi: quod cùm in alijs à me factũ est, quorum hîc recensere nomina nihil attinet, tum in Platonis ac Xenophontis sermonibus præcipuè. Istorum enim permulta sæpe, & fortè nimis prolixa, vt alicui videri possent, testimonia proferuntur. Plerunq; autem quo loco libróve apud singulos autores, verba quæ potui reperire, scripta essent, si in Græco exemplari id non indicatum fuerat, marginibus Latinæ conuersionis adscripsi, vt inquisitum à me locum esse lectori probarem. Deinde omnes illas sententias Græcè nuper editas Basileæ, vnà cum hymnis quibusdam Callimachi, cum exemplari nostro contuli. Nihil enim est in sententijs illis, quod non ex Stobæo detumptum sit ab aliquo studioso, prolixioribus ferè locis, ac si qui alij non admodum ei placuerant, omissis. Adhæc à doctissimo viro, D. Ioanne Oporino typographo Basilienſe diligentissimo, deq; bonis literis omnibus optimè merito, fragmentũ Stobæi nactus, quod aliquot Sermones priores continebat, id quoq; adhibui. Et multas alias, vt meliorem librum efficerem, occasiones excogitaui, quas nunc prætereo, ne quid nimis de meipso dicere videar. In editione Veneta ne semel quidem vlla lectionis varietas notata reperitur, ob hominum incuriam: hîc verò passim varias lectiones inuenias, in ijs locis quos contulimus, diligentiæ nostræ argumentum. Quòd si quæ nobis corrupta videbantur, nihil mutauimus, nisi mendum esset adeò manifestum, vt vel à puero vix paucos dies in Græcorum regulis grammaticis versato deprehendi posset, præsertim in orthographia, & sensuum distinctione. Si quæ verò dubitationem vllam, vtro modo rectiùs legerentur, paritura videbantur, in ijs omnino religiosè exemplaris veterem lectionem retinuimus, & coniecturã nostram in margine Græco, Latinóve, aut vtrobiq; ascripsimus. Porrò quod translationem attinet, ac ipsum dicendi genus, Lectorem admonitum volo, me partim ad verbum, quantum eius sine Latini sermonis damno fieri potuit, partim liberiùs vertisse, ita vt mediocritatem quandam seruasse mihi videar. Nec admodũ peto veniam mihi dari, quòd non elegantiùs & maiori eloquentia conuersionem istam expoliuerim. Nam etsi facundiam & decus in verbis admirer ac laudẽ, magis tamen illos laudauerim, qui in excolenda oratione mediocriter, in ipsis autem rebus peruestigandis diligentissimè diutissimeq; morantur. Sic vertagum, qui leporem aliámve bestiam assecutus ceperit, longè prætulerim alteri quamuis inauratum melium gestanti. Interim verò prorsus à barbarophonis hominibus abhorreo. Suam vtriq; studio curam debemus, sed breuiorem orationi, longiorem rebus. Quantum enim vmbra corpore vilior, quantum signa & picturæ rebus ipsis concedunt: tantum orationis cultui cognitio rerum, scientiarum, & verę philosophię studium præstat. Miseri Penelopes proci, cùm dominæ amplexibus potiri non possent, ancillis commiscebantur: Ita pleriq; domina philosophia neglecta, circa eius organa & rudimenta immorantur. Sed hæc παρέργως. Cæterùm volui vt interpretatio Latina Græco responderet è regione, tum vt statim conferre liceret volentibus, tum vt vel hoc modo meum candorem studiosis declararem. Licuisset mihi Latina seorsim edere, dissimulandi gratia hoc modo, si quid à Græco sermone discederem: vti fertur de pictore quodam, qui cùm in tabula pictum gallinaceum proposuisset, puero mandauit vt viuos procul arceret, ne forsan ex viui & picti galli comparatione, ipsius imperitia deprehenderetur. Quod ego mihi imitandum minimè putaui. Itaq; Græca La-

tinis coniungere volui: locos siue exemplaris vitio, seu mihi tantùm obscuros, ingenuè notauit in cæteris satfore iudicans, si sensus intelligeretur, quo simpliciter & clarè cognito, liberum deinde esset vnicuiq; aut Græcis verbis vti, aut nostra pro suo arbitrio immutare, & accuratiùs eloqui. Certè cùm omnis lingua natiuam sibi gratiam, & peculiarem vim habeat, quæ in aliena nō facilè transfunditur: tum in primis Græca nescio quid scitum & reconditum includit, quod in Latinum sermonem commodè duci & ad viuum exprimi non potest. Quamobrem nihil affectaui, sed aperto simpliciq; stylo, nō impuro tamen, vt spero, Græca vestigia sequutus sum. Indoctiores igitur è regione collocata minori negotio conferent: doctiores verò mea interpretatione, si libuerit, omissa, Græca solùm legent, aut in obscurioribus saltem locis eam inspicient. Πολλάκις γὰρ κἀπορῶς ἀνήρμαλα χείλεσιν εἶπε. Nonnunquam enim quæ in Græco mutila videbantur, in Latino suppleui, quod sæpius in margine monui: aut textum aliquibus signis notaui, quandoq; parenthesi. non vbiq; tamen id factum est, aut propter angustiam chartæ, aut aliam ob causam. Certè mediocres huiusmodi translationes, quæ neq; fastidium sui dictione parum Latina mouent, neq; longiùs à verbis autoris discedunt, in difficilioribus præcipuè locis obseruandas iudico. Sic enim præter alias ista quoq; commoditas accedet, vt Lector inde intelligat, quam lectionem interpres sequutus sit: quod vtilissimū fuerit, cùm in plerisq; autoribus hodie permultæ lectionum varietates habeantur. Interpretem autem verisimile videbitur meliorem lectionem delegisse. Hunc fructum nuper in Theodori Gazæ super aliquot Aristotelis libros interpretationibus animaduerti: in quibus si conferas cum Græco, plurimæ diuersitates inuenientur, ita vt ex Latino Græcum emendare possis. Atqui etiam ipse Theodorus, licet natione Græcus, & cùm suæ linguæ, tum rerum cognitionis peritissimus, non paucis in locis lapsus est. quod propediem in illis saltem libris, qui de Historia animalium differunt, ostendere conabor. Sic enim natura comparatum est, vt multo facilius sit aliorum opera castigare, quàm sua: & foris acutiùs cernere, domi excutere. Hæc ideo à me dicuntur, vt mihi quoq; æquiores sint viri docti, si morbo communi omnibus & naturali quodammodo interdum laborare videat: Quandoq; bonus, vt ille ait, dormitat Homerus.

Hoc porrò non est silentio prætereundum, pleroſq; locos, præsertim prolixiores, à Stobæo citatos, ex illis autorum operibus, quæ iam antea docti viri Latinitate donauerunt, ad verbum ferè mihi transcriptos esse: idq; præcipuè in Platonis & Xenophontis libris, non tam vt compendium laboris facerem, quàm quia sperabam illos fideliter conuertisse, ac melius fortè, quam ego facturus essem: vt qui integro autore euoluto tum phrasin, tum sequentia simul & antecedentia perpendissent: à nonnullis verò commentarios quoq; adhibitos non dubitabam, quos ego consequi non facilè potuissem, vt à Marsilio Ficino in Platonis dialogos. Non tamen omnino temere transcripsi, sed omnia priùs cum Græco sermone contuli: & si quid mutandum videbatur, id candidè feci.

Res est profectò difficillima, quod ab alio quàm id experto credi non potest, tum ex alijs Græcis Latina facere, tum illis maximè, quorū nulli à veteribus commentarij sunt relicti. Nam ope scholiorum & commentariorum adiuti, quantumuis intricatos libros fidenter aggredimur: contrà, sine illis multi etiam faciles & clari existimati, non mediocre negotiū facessunt. Accedunt aliæ difficultates in hoc Opere transferendo. primùm totidem propè characteres dicendi, quot autores allegantur: deinde varietas dialectorum, Communis, Atticæ, Ionicæ, Doricæ. Omnes enim hîc reperias frequenter. Adde quòd oratio aliàs prosa sit, aliàs numerosa. Nam apud Latinos poetica dictio non admodum differt à stylo reliquis autoribus familiari: apud Græcos verò qui ex historico vel oratore ad poetam, vt ex Thucydide ad Homerum, ex Demosthene ad Pindarum transiuerit, in aliam terræ partem, & linguam omnino diuersam migrasse videbitur. Præterea versus plurimi in superiori editione corrupti, & vel omnino non, aut perperam distincti legebantur, quod peculiarem in castigando laborem mihi peperit.

Cæterùm carmina Græca Latinis non reddidi, tum vt aliquid laboris lucrifacerē, tum quia inutile futurum videbatur: eisdem causis commotus, quibus ad totum librum plano simpliciq; sermone conuertendum inductus sum. Nam & reliquæ sententiæ Græcæ aliquid grauius elegantiusq; sua lingua sonant, & versus multo magis quàm prosa, gratiam in alieno sermone amitterent. Quamuis enim concedam, posse quædam Latinè dici eadem, aut maiori etiam elegantia, quàm Græcè dicantur, in argutioribus tamen sententijs aut carminibus idem fieri posse negauerim: aut si alicubi fiat, non tamen vbiq;, sed multo infrequentiùs. Atqui cùm omnia in loco suo natiuo, vbi concepta, nata, educata, excultaq; sunt, multo libentiùs ac fœliciùs agant, vt latè patet in animantium & stirpium generibus: nemini mirum videri debet, si etiam oratio, & quæ in oratione continentur, in lingua primitiua & genuina non parum plus energiæ habeant,

quàm alie-

quàm aliena. Hoc igitur conceſſo, non eſt quod veniam impetrare coner, quòd vel in ſoluto ſermone minùs affectauerim nitidam Latinorum eloquentiam, aut verſus ijſdem numeris nõ reddiderim. Nam ſi illis Latinè non vtendum eſt, ſed Græcè, ſat fuerit ſenſum ſimpliciter intelligi. Adde quòd ſimplicior ſermo, clarior ac dilucidior eſt: quod in paraphraſte requiritur. Præterea ſi Græcum carmen in Latinos numeros vertas, fieri vix poteſt vt ſenſus idem vndequaq; reddat: ſed aliqua diſſimulari neceſſum eſt, etiam vbi nihil obſcurũ in ſenſu, propter carminis legem. Et potuiſſem hoc modo difficiliores locos diſſimulanter effugere, quaſi idem faciens, quod in clarioribus locis ſæpius feciſſem, niſi lectoris vtilitatem ſpectare, & omnia candidè agere maluiſſem. Huc accedit, quòd Græci verſus ex abrupto citati, pauci ex multis ſine principio interdum, & ſine ſententiæ, ſi Latini fiant, ſervata lege carminis, vt plurimùm inepti, inconcinni, & nimis affectati redduntur, niſi quis multum libertatis vſurpet, ac longiùs ab autore diſcedat, vt eſt videre in Eraſmi Roterodami, hominis alioquin ad miraculum vſq; docti, & aliorum lucubrationibus. Cæterùm non me latet, ſi carmen ſoluatur in proſam, permultum amittit gratiæ, atq; omnem interdum exui leporem. Quod æſtimare debent legentes, & mihi æquiores eſſe, ſi Latina ſeorſim lecta interdum nihil egregium præ ſe ferant: nec ex Latinis Græca metiri, cùm hęc & propter linguam ſuam, & propter carminis harmoniam multo meliora iucundioraque lectu ſint: illa vero tum ob alienum ſermonem, eumq; ſimplicem, tum propter numerorum & rhythmi diſſolutionem prorſus humili ſupinoq; ſenſu legantur, cùm nihil ſuperſit quod aures ſuaui concentu feriat, delectet, admirationem pariat: quod ita contingere, Ariſtoteles in Rhetoricis alicubi teſtatur.

Præterea quamuis conuertere liberiùs aliquando libuiſſet, non licuit tamen, cùm Latinis non amplius ſpacij quàm Græcis concederetur, atq; tantundem omnino in Latina pagina comprehendi oporteret, quantum Græca continebat. Ita mihi transferenti, certum papyri ſpacium, veluti temporis ad clepſydrã oranti, præfinitum fuit. Et hæc hactenus de tranſlatione, nimiũ fortaſſis prolixè, dicta. Porrò de Operis autore Io. Stobæo, quàm celebris ac inſignis gnomographus, imò omnium huius generis ſcriptorum princeps optimo iure exiſtimandus ſit, nemini obſcurum eſſe arbitror, qui doctorum ætatis noſtræ hominum monumenta legerit. plerique enim ſententias ab eo collectas citare ſolent, alij nominatim, alij diſſimulantes vnde acceperint, cùm theſauri loco reconditam apud ſe hanc Gnomologiam haberent. Phauorinus Camers, cuius Græcum Lexicon habemus, aliquot ſententias breuiores ſparſim ex hiſce Collectaneis decerptas, & in peculiarem libellum, qui quatuor aut quinq; chartis abſoluitur, redactas, Latinè reddidit, non ſatis tamen fœliciter. Contulimus enim, & aliquot inde etiam noſtri codicis locos emendauimus. Multa Volaterranus hinc in ſuos libros tranſtulit. Ex veteribus autem neminem inuenio qui Stobæi mentionem fecerit, niſi quòd in Suidæ Lexico hæc verba leguntur: Ἰωάννης ὀνόματι Στοβαῖος, ἀνθολόγιον ἐκλεξάμενος τὰς ἐκ πολλῶν δόξας ἐν βιβλίοις δ' ἐπαρέτατα παύσας καὶ γένεσιν ποιησάμενος παιδίοις. Γέγραφε δὲ ταῦτα πρὸς Ἐπίμιον τὸν αὐτοῦ. Id eſt: Ioannes cognomine Stobæus, Florilegium concinnauit, quo multorum opiniones, quæ apud omnes ſcriptores literis mandatæ ſunt, continentur libris quatuor. Scribit autem eos ad filium ſuũ Epimium, perquam egregios, & omni eruditione plenos. Hæc ille. Non eſt autem quòd quiſquam moueatur, quòd hoc exemplar Epimio non inſcriptum ſit: facilè enim vitiantur & abolentur principia librorum veterum, vt quę pluribus iniurijs ob ſitum loci obnoxia ſint. In quatuor autem libros ab ipſo autore diuiſum opus liquidò apparet, ſic vt primus liber relatus ſit ad morum diſciplinam, ſecundus ad inſtitutionem reipub. tertius ad rei familiaris adminiſtrationem, quartus ad fortunam præcipuè & alios quoſdam ſermones mixtos. Quin & fragmentum illud, de quo ſuprà dixi, ab initio βελτίω ἑ adſcriptum habebat. Porrò de ipſius operis vtilitate non eſt quod multis agã, cùm omnes qui vel à limine bonas literas ſalutarunt, quàm latè pateat communium locorum vſus, intelligant. Nam ex ipſo nomine protinus res manifeſta ſit: hinc enim communes dicuntur, quoniam ad multas & varias cauſas idonei ſunt. Quis obſecro ſtudioſorum eſt, qui non ipſe ſibi aut colligat, aut colligere cupiat, quæcunq; virtutum, vitiorum, & reliqua huiuſmodi communia exempla, dicta, conſilia, quotidiana lectione apud autores obſeruauerit? Nam propter hoc etiam legimus libros, ac euoluimus, vt iſtum fructum ceu nucleũ excerpamus. Meritò igitur comparandus, legendus, & in ſummo precio habendus fuerit Stobæus, qui maximam eius rei partem nobis iam antea confecerit. Quòd ſi quis noſtrûm talem haberet theſaurũ ſuis vigiliis, & aſſidua lectione congeſtũ, quanti putas illũ faceret, aut pro quanta pecunia eo carere nollet? Sed cæca quædã philautia facit, vt plus faueamus noſtris quàm alienis operibus. Sic etiã quæ nullo labore noſtro & viliore precio acquiruntur, vtcunq; per ſe eximia, ſemper minoris æſtimamus. Ergo ſi hoc genus collectaneorum approbandum eſt, Stobæum amplectamur, qui in

hoc genere, & omnium aliorum copiosissimè, & ordine optimo versatus est. Circumfertur quidem ἀνθολόγια epigrammatum Græcorum à Maximo Planude congestum, in quo aliquot loci communes tractari videntur: sed omnino paucæ sunt communes sententiæ, cùm omnes ferè de certis personis & circumstantijs scriptæ videantur. Habentur & senarij monostichi, qui singulis versibus sensum absoluunt, ex Menandri fabulis præcipuè collecti, elegantes quidem illi & satis bene dispositi, sed admodum pauci. Ad hæc illustrium virorum sententiæ philosophicæ Ioannis Frobenij typis quondam excusæ circunferuntur, sed illæ etiam non multæ, & non dispositæ pro ratione sensus, sed singulæ autoribus suis iuxta alphabeti ordinem adscriptæ. Tale quid nuper etiam Apostolius Byzantius promisit, Ioniam appellans id Opus à se congerendum, quod an extet haud scio. Sed quæ alia huiusmodi extent, singillatim persequi nihil opus est, præsertim cùm nihil eorũ cum Stobæo nostro conferri mereatur. Hæc ferè sunt quæ in primã editionẽ ante sexennium præfati sumus, quorum nunc quædam breuitatis causa recidimus: præsertim cùm de secunda adhuc editione dicendũ superesset. Audio & alios autores Græcos in Bibliothecis quibusdam, præsertim apud Italos, reperiri, quorum lucubrationes aut sententias ex professo continent, aut alioqui huic argumento finitimæ sunt, quarum nomina, ne quid celem, candido lectori hic adscribam. Magni Logothetæ Theodori Metachitæ γνωμικὴ σημείωσις, id est, sententiosæ obseruationes. Sententiæ notabiles in vitia & virtutes, ex autoribus sacris, & gentilibus, autoris innominati. Sententiæ ex varijs poetis. Sententiæ Democratis. Menandri sententiæ, fortassis eædem sint monostichis suprà memoratis. Amphilochij episcopi Iconij, de vitijs & virtutibus sermones. Gemisti de virtutibus. Collectio prouerbiorum autoris incerti. Commentaria in epigrammata Græca. Hieroclis philosophi interpretatio in aurea carmina Pythagoræ. Maximi Planudis in Theophrasti characteres expositio. Cæterùm hoc etiam admonitum volo lectorẽ, videri mihi Stobæum opus suum non vndequaq; absoluisse. Interdum enim sententiæ non suo loco citantur: vt in Sermone de prudentia, multa scribuntur quæ magis ad temperantiam, aut ipsam in genere virtutem pertinent. Sed hoc à principio maximè erratum est: in cæteris ferè satis conueniunt singulæ gnomæ ad argumentum, quod sermonis inscriptio pollicetur. Alioqui, si plures adeò confusi fuissent, ordinem immutassem: quod facere nolui, cùm rariùs hac parte delictum esse obseruarem.

CÆTERVM Stobæi locis quos ille ex profanis tantùm autoribus collegit, in hac editione cõiungere volui Antonij & Maximi veterum in Græcia monachorum ex sacris simul & profanis scriptoribus similiter per locos & eosdem ferè titulos digesta Collectanea, quæ pridẽ seorsim edi curaueram. Nunc omnibus in vnum volumen coniunctis, Stobæi quidem Sermones (nisi Locos aut Capita aut Titulos appellare malis) integros reliqui, passim autẽ Antonij & Maximi eiusdem inscriptionis & argumenti Capita ex amborum libris in vnum redacta, ita vt nihil repeteretur, subiunxi. habebant enim illi permulta prorsus eadem: vnde etiam conferendo factum est vt loca multa emendarem. Transtuleram ego priùs Stobæi omnia, & Antonij Locorum partem primam: Io. Ribittus verò Sabaudus eiusdem secundam partem, & Maximi omnia. Cæterùm in hac editione aliàs mea, aliàs Ribitti translatione vsus sum, aliàs ex vtrisq; inter conferendum quæ placebant delegi. Quòd si fortè pauca in Stobæi locis reperiantur, quæ rursus in Antonij & Maximi Collectaneis memorentur, aut si quid aliud non magni momenti à nobis peccatum est, facilè nobis æquus Lector ignoscet, qui hæc non summo studio, sed temporis fallendi gratia, dum thermis propter valetudinem vteremur, horis succisiuis confecimus. Hoc etiam sciendum, à Stobæo sacrum autorem nullum citari, ab Antonio autem & Maximo plures semper sacros quàm profanos: vbi hunc ordinem ferè obseruaui, vt primùm veteris Testamenti scripta locarentur, deinde noui, tertiò patrum & theologorum Christianorum, postremò gentilium scriptorum. Vale optime lector, & labores nostros boni consule.

ALTERA

ALTERA CONRADI GESNERI
PRÆFATIO AD LECTORES, QVÆ ANTEHAC SENTENTIIS PER ANTONIVM ET MAXIMVM MONACHOS collectis & seorsim editis præfixa erat, in qua cùm de locis communibus in vniuersum, tum de sententiarum illarum vsu agitur.

PROBABILEM quanis de re differendi rationem, sunt qui Dialectice, alij Rhetorica tribuunt: qua quidem promissione imperiti quidam homines, artium illarum methodos addiscere, licet in cæteris bonis studijs & artibus parum aut nihil exerceantur, satis ad eloquentiam sibi fore persuasi, falluntur, & suo iudicio freti plurimum errant. Quemadmodum enim artis fabrilis opus est ædificare, & ædificandi peritia definiri potest, nō tamen id efficiet, nisi materiam ædificiorum comparauerit. Sic etiam vel Dialectica vel Oratoria peritus, nisi præter ipsam artem discendi simul materiam adferat, ridiculus planè fuerit. Siquidem artis est, non quidem producere materiam, sed aliunde paratam probare vel reijcere, approbatam expolire, ornare, disponere, cōfirmare. Sicut igitur faber in sylua, suam fabricandi materiam sibi quærit ac deligit: ita Rhetor aut Dialecticus futurus, quoniam de quauis re proposita verba facere instituit, ex quouis etiam diuersorum scriptorum genere eam conquirat necesse est, si huius vel illius nominis dignus in vniuersum & absolutè haberi velit: quod forsan ostentationis potius ambitionisq; fuerit, quam vt humano ingenio perfici possit. Nam Gorgias olim, & ei similes Sophistæ, quidnis illustraturos se dicendo professi, nugatores & sophocles vel δοκεισοφοι potius quàm philosophi. & philologi magis id est verborum studiosi, quàm rerum sapientes fuerunt. Iam si quis non id agat vt polyistor aut panepistemon existimetur, sed vnum aliquod scientiæ genus excolendum sumpserit, & in eo solum aut præcipue Dialecticus esse velit: hoc est, vel id perdiscere recta via & ratione, vel alios docere, & rem verbis illustrare, verum asserere, falsum refutare: is quoq; vel omnibus, vel plurimis & optimis suæ disciplinæ scriptoribus euolutis, adhibita Dialectica tanquam instrumenti opera, feliciter suum scopum attinget. Et hoc sanè cum primis laudandum est, vt integri melioris notæ authorum libri perlegantur. Sed quia nonnulli, vel ætate proiectiores ad studia demum accedunt, aut in alijs prius versati, nouum genus studij deligunt, aut alias ob causas impediti, volumina tota euoluere non possunt, vtilis præcipuè consultum est Locorum (vt vocant) Communium collectaneis. Quamuis etiam primi generis studiosi ad ostentationem, & secundi ad synopsin & memoriæ subsidium non parum inde iuuentur: quippe citius & facilius ex breuibus huiusmodi dictis quæ Conclusionum instar sunt, ordine certo digestis, quid super diuersis rebus veterum quisq; senserit, quam prolixis commentarijs, quibus multa fere parerga miscentur, percipi potest. *Communiū Locorum vsus.*

Cum igitur magnum & eximium quidem ex huiusmodi Collectaneis ad studiosos redire fructum animaduerterem, iamq; pridem Reipub. literariæ labores meos denouissem: superioribus annis copiosum illud Ioannis Stobæi & perquam eruditum Gnomologion Græcum, quod ei potui castigatum, Latinéq; redditum in lucem protuli. In præsentia verò, quod videtis opus, candidi Lectores (Venetijs id nactus fauore illustris viri Diegi Hurtadi Mendozæ Hispani, Cæsarei apud Venetos oratoris, et Arnoldi Arlenij Peraxyli, viri vt doctissimi, sic de studijs optimè meriti opera) vobiscum communico. Ex Stobæo quidem profana, id est philosophorum, poetarum, oratorum & historicorum sententiæ affatim hauriuntur: ex præsenti autem volumine tum sacra tum profana, vt res ipsa ostendet. Etsi amsi verò alij non pauci similiter collectorum Locorum extent libri, nullis tamen hisce vetustiores, quod sciam, reperiuntur. Alij ex vulgaribus & publicatis libris congesti sunt: nostri ferè ex illis authorum scriptis, quorum vel omnino nihil, vel certè nihil impressum hodie extat. Illi ex Latinis, nostri ex Græcis, qui tantum opinor illis præferendi sunt, quantū discipulo magister. Quod non tam ad gloriam mihi conciliandam, quam vt consilio quibus præcipue vtendum sit studiosos adiuuem, a me dictum accipi velim. Huc accedit cognitio linguæ Græcæ, qua conferendo Græca Latinis, comparari vel augeri ex nostris Locis potest. Sed hæc iam satis. ne cui in alienis elenandis, meis verò laudandis nimius videar. *Io. Stobæus. De præsente Volumine.*

Nunc quid nostro labore hic sit effectum indicabo. Primum igitur vt in singulis dictionibus orthographia, & in sententijs distinctiones obseruarentur, non parum laborauimus, quanquam id facilius fuit quam explere mutila, & emendare corrupta: quod & ipsum pro virili mea præstiti, vt alios hoc labore, cum huiusmodi locis cen spinis quibusdam, antequam lectionis fructum inde carperent, colligendi leuarem.

Sententias igitur, quæ ex vtroq; Testamento citantur, plurimas inquisiui, tum castigandi gratia, tum vt capitum numeros Græcis simul & Latinis adscriberem: Illarum verò quæ ex prophanis authoribus sumptæ sunt, non pauca apud Stobæum quoq; leguntur, & inde quasdam restitui. Sine emendare aliunde non licebat, aut non vacabat (ferè enim ad prælum hæc acta sunt) coniecturas meas (ne quid temere mutaretur) ad margines annotaui. Versus quoq; poetarum vbiq; distinxi. Ad hæc, locos aliquot in prima parte Melissæ mutilatos, transmissis ad me quæ deerant per doctiss. virum Wolfgangum Musculum ex codice Augustana bibliotheca explenī. Sed cùm ea pars Græcè iam esset excusa, interpretationi Latinæ solum ea adieci: Græca verò Maximi Locis similiter inscriptis adiunxi. Præterea cùm permulta sententia Collectaneorum Antonij, sub eisdem titulis Maximi repeterentur, diligenti collatione adhibita, omnes illas obeliſco notaui, nisi forte additis pluribus verbis aut emendatius legerentur. Quorsum enim attineret Lectorem tædio, mole volumen, emptorē pretio onerari? Verum hoc in Græcis tantummodo feci. Nam in translatione Io. Ribitti, docti & amicitia mihi coniuncti hominis (qui me rogante & impellente huius laboris mihi quasi Theseus accessit) ne cui viderer audaculus in alieno opere, nihil delere volui. Porrò Melissæ volumen illud quod Augustæ seruatur, & pauciores nostro Locos, & alio ordine dispositos habet. Idem accidit Stobæo: nimirū enim illi qui Locis eiusmodi vtebātur, alij inter eos vel augere, vel ad suum vsum accommodare conati sunt: vnde factū est vt exemplaria diuersa multū inter se varient. Hoc etiam obseruaui, authorum nomina marginibus aliquando perperā adscribi, vel omnino omitti, & non rarò aliquid ad eundē alicuius dicti factive authorē referri, vbi quis ille idem sit non exprimitur.

Caterum versio tum nostra, tum Io. Ribitti, cùm vertendi tempus brevissimum daretur, nō tam elegantia rationem habuit, præsertim cùm Græca etiam multa non admodum culto sermone constarent, quam vt sensum facilem clarumq; redderet. Qui Græcè callent, Græca legant: qui nesciunt, illi spero qualemcunq; hanc interpretationem boni consulent, & hunc saltem eius fructum capient, quòd facilius hoc modo Græca Latinis conferre queant, quam si longius a verbis discederet; *De translatione.*

quod ornatum styli sectantibus plerunq; usu venit. Non equidem accuso interpretes elegantiores, quin potiùs laudo summe-
pere: sed vt excusatio ineleganti æ mea parata sit, illius quoq; nonnullum esse fructum ostendo. Certè qualiscunq; translatio ex
sua nobis alias atque alias exhibens. An verò ne homo quidem verus est, ô pater? Quatenus quidem homo, non verus est, fili. Verum enim est, quod ex se solo essentiam suam habet, & prò se manet quale est. At homo ex multis constat, & non manet in se, sed ex ætate in ætatem, ex una forma in alteram vertitur atq; mutatur, adhuc in corpore degens. Hinc multis liberos suos post breue temporis internallum non agnouerunt, itemq; liberi parentes. Quod igitur ita mutatur, vt non cognoscatur amplius, potèst ne verum esse? aut an contrà potiùs mendacium est, dum in varijs propter mutationes phantasijs versatur? Quin tu verũ esse cogita id quod solũ æternum est. Homo autem nõ semper est, quare ne verus quidẽ est, sed imaginatio potiùs, quæ mendacium summum est. Ergo ne æterna quidem illa corpora, pater, quoniam mutantur, vera sunt? Omne profectò genitum & mutabile, verum nõ est. Sed æterna illa corpora à primo parente facta, materiam quidem accepisse veram possunt. Continent tamen & ipsa non nihil mutatione sua mendacij. Nihil enim in seipso non permanẽs verum est. Verum inquis, ô pater. Itaque solem, qui præter omnia cætera non mutatur, sed in seipsò permanet, solum quis rectè veritatem nominauerit. Quare omnium rerum in mundo opificium ei soli concreditum est, vt qui imperet omnibus, ac faciat omnia. Hunc ego colo, & veritatem eius adoro: ipsúmque opificem agnosco, post primum illum & vnum. Quam tu igitur primam esse veritatem ais, ô pater? Vnum & solum illum, qui non est ex materia, qui corpore non continetur, sine colore, sine figura, mutationi & alterationi nulli obnoxium, semper existentem. Mendacium verò, fili, perit. Porrò quæ terrena sunt, corruptione occupauit, & inuoluit, & inuolutura est ipsius veri prouidentia. Nam & absque corruptione non existere potest generatio. Omnem verò generationem corruptio sequitur, vt iterum aliquid gignatur. Quæ generantur enim, ex corruptis produci necessarium est: & rursus genita corrumpi oportet, ne rerum generatio cesset. Primum igitur hunc opificem rerum creationis agnosce. Efficitur itaque vt falsa & mendacia sint, quæ à corruptione procreantur, quippe quæ alia fiant atque alia. Eadem enim fieri non possunt. quod verò non vnum ac idem est, quónam id modo verum esset? Imaginationes igitur hæc appellare fili oportet, si rectè nominaturi sumus: nẽpe hominem humanæ essentiæ phantasiam, puerũ pueri, iuuenẽ iuuenis, virũ viri, senem senis imaginationẽ aut phantasiam. Homo enim non verus homo est, nec puer puer, nec iuuenis iuue-

* μένον ἀλλ' ἀεί.

* addo λέγει.

* aliàs nomas hic inscriptio est τοῦ αὐτοῦ.

† τοῦτον δημιουργὸν γνώριζε.

* malim ἐκ vetus.

nis, neque vir est vir, neque senex revera senex. Sed immutata decipiunt nos, & quæ priùs erant, & quæ nunc sunt. Cæterùm hæc ita intelligenda sunt ô fili, vt etiam falsos istos effectus, supernè ex ipsa veritate pendêre memineris: quod cùm ita se habeat, mendacium veritatis opus esse dico.

Ex Homero Iliados 1. *Quòd autem veritas res pulcherrima sit, ac inter deos quoque maximi fiat, Homerus hisce versibus indicat:*

Hoc. n. à me inter immortales est maximum
Testimonium. Quoniam irrevocabile est, ac minimè mendax,
Neq; ad finem non perueniens, ad quodcunque annuero capite.

Siquidem inter homines quidem tres extant causæ, propter quas pollicita violant & mentiuntur. Aut enim statim à principio quippiam aliquid per fraudem dicit: aut eius quod dixit, postea ipsum pœnitet: aut ad perficiendum inualidus est factus. Ex his primum prauæ voluntatis est, alterum imbecilli iudicij, tertium infirmæ facultatis. Hæc omnia Deus declinat, bonitatis studio fraudem constantia reuocationẽ eius cuius ipsum pœnitere posset, postremò agendi efficacia finis impedimẽtum.

Pythagoras interrogatus, quid Deo simile facerẽt homines, cùm veritatem, respondit, exercent. Cæterùm Magi maximum deorum, quem Oromagden ipsi vocant, corpore quidem asserunt esse luci similem, animo verò veritati.

DE VERITATE ET TEstimonio fideli, Sermo LX. Ex Antonio.

Ioan 14. *EGo sum via, veritas, & vita.*

Ioan. 7. *Qui veritatem facit, venit in lucem, vt opera eius manifesta fiãt, quòd in Deo facta sint.*

Ephes. 4. *Depositio mẽdacio quisq; vestrũ veritatẽ loquatur cũ pximo suo. Membra. n. sum⁹ inuicẽ.*

Deut. 9. *Non stabit testis vnus ad testificandum contra hominem secundum omne facinus, & secundum omne peccatum.*

Labia vera rectum testimonium proferunt.

Quæ oculi tui viderunt, loquere.

Prou. 14. *Testis fidelis non mentitur*

Ibidem. *Testis fidus liberat à malis.*

Zach. 8. *Loquimini veritatẽ quisq; cũ proximo suo.*

Ibidem. *Veritatem & pacem diligite, inquit dominus omnipotens.*

Sirach 14. *Ne accipias personam potentis: ad mortem vsq; pro veritate certato, & dominus Deus tuus pugnabit pro te.*

Sirach 27. *Auis diuertit ad aues sui similes, & veritas ad studiosos ipsius reuertetur.*

Sirach 15. *Viri veraces inuenientur in sapientia, & agent feliciter vsq; ad visitationem domini.*

Ὅτι ἡ ἀλήθεια κάλλιστον, ὡς καὶ ὁ Θεοῖς ὑπαρ-
χὴν μέγιστον, δηλοῖ ὁ Ἅμηρος τοῖσδε τῶν ἐπῶν τόδε.

Τοῦτο γὰρ ἐξ ἐμέθεν γε μεθ' ἀθανάτοισι μέγιστον
τέκμωρ. ἀτὰρ γὰρ ἐμὸν παλιναγρέτον, οὐδ' ἀπατηλόν,
οὐδ' ἀτελεύτητον, ὅτι κεν κεφαλῇ κατανεύσω.

Τριῶν γὰρ αἰτιῶν οὐσῶν, δι' ἃς αἱ ἄνθρωποι τοὺς βαίνουσι ταῖς ὑποσχέσεις καὶ ψεύδονται. ἢ γὰρ ἀρχὴς ἅμα πάντος ἔφησεν, ἢ φήσας ὕστερον μετενόησεν, ἢ βουλόμενος ἐξαπατῆσαι. τούτων δὲ τὸ μὲν πρῶτον πονηρᾶς προαιρέσεως, τὸ δὲ ἀσθενοῦς κρίσεως, τὸ δὲ ἐνδεοῦς δυνάμεως. πάντα δὲ ὁ Θεὸς ἐκπίπτοντα, τῷ φιλαγάθῳ, τὸ ἀπατηλὸν καὶ τῷ βεβαίῳ, τὸ παλιναγρέτον· καὶ τῷ τελεσιουργῷ, τὸ ἀτελεύτητον.

Πυθαγόρας ἐρωτηθεὶς, τί ποιοῦσιν ἄνθρωποι Θεῷ ὅμοιον; ἔφη· ἐὰν ἀληθεύωσιν. οἱ δὲ μάγοι ἀποφαίνονται τὸ μεγάλου τῶν Θεῶν, ὃν Ὡρομάγδων καλοῦσιν, εἰκόνα τὸ μὲν σῶμα φωτὶ, τὴν δὲ ψυχὴν ἀληθείᾳ.

ΠΕΡΙ ΑΛΗΘΕΙΑΣ ΚΑΙ ΜΑΡτυρίας πιστῆς, Λόγος ξ'.

Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή.

Ὁ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν, ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα αὐτοῦ, ὅτι ἐν τῷ Θεῷ εἰσὶν εἰργασμένα.

Ἀποθέμενοι τὸ ψεῦδος, λαλεῖτε ἀλήθειαν ἕκαστος μετὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ, ὅτι ἐσμὲν ἀλλήλων μέλη.

Οὐκ ἐμμενεῖ μάρτυς εἰς μαρτυρῆσαι κατὰ ἀνθρώπου κατὰ παῦσαν αἰτίαν, καὶ κατὰ πάντα ἀμάρτημα.

Χείλη ἀληθινὰ κατορθοῖ μαρτυρίαν.

Ἃ εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου, λάλει.

Μάρτυς πιστὸς ὁ ψεύδεται.

Ῥύεται ἐκ κακῶν μάρτυς πιστός.

Λαλεῖτε ἀλήθειαν ἕκαστος μετὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ.

Τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν εἰρήνην ἀγαπᾶτε, λέγει κύριος παντοκράτωρ.

Μὴ λάβῃς πρόσωπον δυνάστου, ἕως θανάτου ἀγώνισαι περὶ τῆς ἀληθείας, καὶ κύριος ὁ Θεός σου πολεμήσει ὑπέρ σου.

Γενέσθω πρὸς τὰ ὅμοια καταλύσις, καὶ ἀλήθεια πρὸς τοὺς ἐργαζομένους αὐτὴν, ἐπιφανήσεται.

Ἄνδρες ἀληθεύοντες εὑρεθήσονται ἐν σοφίᾳ, καὶ ὁδοδηγήσουσιν ἕως ἐπισκοπῆς κυρίου.

Τὸ κε-

Τὸ κρεῖττον ἀγαθὸν ἡ ἀλήθεια.

Ὁ ἀληθινὸς λόγος καὶ ἀπὸ ὑγιοῦς διανοίας προϊὼν, ἁπλοῦς ἐστι καὶ μονότροπος.

Δυσθήρατός ἐστιν ὁ τῆς ἀληθείας λόγος, ῥᾳδίως δυνάμενος ἐκφυγεῖν τοὺς μὴ προσέχοντας.

Τὸ μὲν ἀληθὲς ἕν, τὸ δὲ ψεῦδος πολυμιγές.

Ἀλήθειά ἐστιν, ἡ τῶν ὄντων ἀσφαλὴς καταμόνησις.

Ὡς ἔοικε ῥέπομεν ὅτι τὰ ἔνδοξα μᾶλλον, καὶ ὅτι πιθανὰ τυγχάνει, ἢ ὅτι τοῖς ἀληθέσι.

Ἀλήθειά ἐστιν ὁ Θεὸς, ὡς ἕν, ἁπλοῦν τῇ φύσει. Τὸ μὲν γὰρ ἀληθὲς ἕν, τὸ δὲ ψεῦδος πολυμιγές. Φησὶ γὰρ καὶ ὁ Χριστός· ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή.

Ἀλήθειά ἐστιν, ἡ τὰ τῶν συνεσκιασμένων πραγμάτων ἀνακαλυπτήρια ἄγουσα δυνάμεις.

Τὸ σιγᾶν τοῖς ἀληθέσι χρυσοῦν ἐστὶ θαπτήν.

Τὸ μὲν ἴσον ζυγῷ, τὸ δὲ ἀληθὲς τῇ ἐκ φιλοσοφίας λόγῳ κρίνεται.

Ὀδοῦ καὶ ἀληθείας χαλεπὸν ἀποπλανηθῆναι.

Κρεῖττον ἐλέσθαι † ψεῦδος, ἢ ἀληθὲς κακόν.

Τὸ μὲν ἀληθὲς πικρὸν ἐστι καὶ ἀηδὲς τοῖς ἀσκόποις· τὸ δὲ ψεῦδος γλυκὺ καὶ προσηνές· ὥσπερ γε οἶμαι καὶ τοῖς νοσοῦσι τὰ ὄμματα, τὸ μὲν φῶς ἀηδὲς ὁρᾶν, τὸ δὲ σκότος ἄλυπον καὶ φίλον, οὐκ ἐῶν βλέπειν.

Χρὴ τὸ μὲν δύσκολα φανερῶς ἐνδείκνυσθαι, τὴν δὲ ἀληθείας παῤῥησίαν προσίεσθαι.

Μηδὲν τῆς ἀληθείας τιμιώτερον ἔστω. † μηδὲ φιλίας ἐκλογὴ * ἐκτὸς παθῶν ἀφανιζούσης, οἷς τὸ δίκαιον καὶ συγχέεται καὶ σκοτίζεται.

Ἀθάνατον χρῆμα ἡ ἀλήθεια, καὶ ἀίδιον. παρέχει δὲ ἡμῖν ὁ κάλλος χρόνῳ μαραινόμενον, ὅτε παῤῥησίαν ἀφαιρεῖται τὸν ἔπειτα δίκης· ἀλλὰ τὰ δίκαια καὶ τὰ νόμιμα, ἀφανίσασα ἀπ' αὐτῶν τὰ ἄδικα καὶ ἀπειλέγχουσα.

ΠΕΡΙ ΑΛΗΘΕΙΑΣ ΚΑΙ ψεύδους, Λόγος ξα'.

Ὅσ ἐρεῖδεται ὅτι ψεύδεσιν, ὡς ποιμαίνει αἴγας, ὁδηγεῖ αὐτὰς διώξεται ὄρεα πέρωτά.

Ἀπὸ ἀκαθάρτου τί καθαρισθήσεται; καὶ ἀπὸ ψεύδους τί ἀληθεύσει;

Οὔτε ἐν δικαστηρίοις, οὔτε ἐν ταῖς ἄλλαις πράξεσιν, ἐπιτήδειον τὸ ψεῦδος, τοῖς τὴν ὀρθὴν ὁδὸν καὶ ἀληθῆ προελομένοις τὸν βίον.

Οὐδεμιᾶς δεῖται βοηθείας ἡ τῆς ἀληθείας ἰσχύς· ἀλλὰ κἂν μυρίους ἔχῃ τοὺς ἀσεβοῦντας αὐτὴν, ἡ μόνον οὐκ ἀφανίζεται, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτῶν τῶν ἐπιχειρούντων, φαιδροτέρα καὶ ὑψηλοτέρα αὐτῶν εἴη, τῶν εἰκῇ κατοπτῶντων ἑαυτοὺς καταγελῶσα.

Præstantissimum bonum est veritas. Basilij.

Sermo verus & à mente sana profectus, simplex est & vniformis.

AEgrè comprehenditur veritatis oratio, & non animaduertentes facilè potest effugere.

Verum quidem vnum est, mendacium autem multiplex. Theologi.

Veritas est firma comprehensio entis in animo. Chrysostomi.

Plerique magis inclinare videmur ad probabilia, licet inuentu laboriosa, quàm ad veritatem.

Veritas est Deus vtpote vnum, non multa secundum naturam. Verum quippe vnum est, mendacium autem multiplex. Nam & Christus inquit: Ego sum via, veritas, & vita. Dionysii.

Veritas est facultas res obumbratas in lucem producens. Philonis.

Veritatem tacere, est aurum sepelire. Euagrii.

AEqualitas trutina, veritas autem ratione philosophia examinatur. Plutarchi.

A via & veritate aberrare malum est. †forte ἀλήθειας.

Præstat eligere falsum quàm verum malũ. Menandri.

Veritas quidem amara & ingrata est stolidis, mendacium autem suaue & gratum: nimirum vt illis qui dolent oculis, molestus est lucis aspectus: tenebræ autem visum reprimentes, charæ & minimè molestæ sunt.

Pietas palàm declaranda est, & veritas constanter defendenda. Democriti.

Nihil veritate pretiosius haberi debet, ne amicitia quidem, vtpote obnoxia affectibus, qui quod iustum est turbant & obumbrant. Epicteti. †forte ἡδὺ. *forte ὠμὰ.

Immortalis & æterna res est veritas: Non donat autem nobis pulchritudinem paulatim tabescentem, neque dicendi fiduciam è iustitia prodeuntem aufert: sed quæ iusta & legitima sunt, exhibet, discernens ab eis iniusta & redarguens.

DE VERITATE ET MENdacio, Sermo LXI. Ex Maximo.

QVi nititur mendaciis, ventos is pascet, & idem aues pennigeras persequetur. Prou. 10.

Ab impuro quid purum fieri potest? à mendace quid veri proficiscit? Sirach 34.

Neque in iudiciis neque in aliis actionibus commodum est mendacium iis qui rectam vitæ viam & veram ingredi instituerunt. S. Basilij.

Nullo eget auxilio veritatis vis. Quinetiam si infiniti ipsam velint extinguere, non modo non obscuratur, verumetiam per eos ipsos qui incommodare conantur, illustrior & excelsior redditur, illos frustra se torquentes deridẽs. Chrysostomi.

Thales. *Thales Milesius à quodam rogatus, quantũ à vero falsum abesset, Quantum inquit, oculis ab auribus.*

Serini. *Quemadmodum debilis & impotens aspectus, solis lucem intueri nõ potest, sic idẽ, multo magis debilis & infirma mens verum cernere non potest.*

Æsopus rogatus quid lucri accederet ex mendacio mentientibus: Vt eis, inquit, etiam cùm vera dicunt, fides non habeatur.

Platonis. †forte τὰ. *Plato veritatem rem audituu incundissimam esse dicebat: Polemon autem, vera audire quàm dicere incundius.*

DE MENDACIO, Sermo LXII. Ex Io. Stobæo.

Euripidis. *INfelix est qui mẽdacia, etsi bona ei videãtur, Potiùs vsurpat, quàm qua mala esse indicat vera.*

Sophoclis. *Nullũ mẽdacium procedit ad senectutẽ aui.*

*malim xv. Sophoclis in Creusa. *Malũ est facta celare, nec virũ decet ingenuũ.*

Haud quidem honestum est mendacia loqui: Cui tamen diram perniciem veritas affert, Huic venia danda, licet inhonesta loquenti.

Menandri. *Satius est eligere mendacium, quàm verum malum.*

Pisandri. *Non reprehendendus est, qui mendacium pro vita sua dixerit.*

Homeri. *Mendacium autem non dicet, est enim valde prudens.*

Menandri. Euripid. al. eiusdem. *Probabilis oratio vim, quàm veritas, habet Aliquãdo maiorẽ, & persuadẽdo vulgo aptiorẽ.*

Eiusdem. al. Euripidis in Hippolyto. *Profectò res est intolerabilis, mẽdacia loqui.*

Equidem aio legem quoq; non colendam esse In periculis, plus quàm nẽcessitatem.

Diphili. *Mendacium positum in tempore, lucrum seu fructum affert.*

Diphili in Thesauro. *Ego existimo mendacium salutis gratia Prolatum, nihil adferre mali.*

Democriti. *Vera sunt dicenda, vbi id præstat.*

Thales Milesius rogatus, quãtũ à vero distaret mendaciũ: Quantũ oculi, dixit, ab auribus.

Charemonis. *Bonos falsa dicere non conuenit.*

Homeri Iliados nono. *Ille mihi tam exosus est, quàm inferni porta, Qui aliud animo occultat, aliud ore profert.*

Phocylidis. *Mẽdacia ne dixeris, sed omnia vera loquaris.*

Eiusdem. *Nolis aliam occultare in corde sententiam, & aliam proferre.*

Cleobuli. *Mendacium odit quinis prudens & sapiens.*

Menandri. *Mendaciũ odit omnis sapiens et frugi homo.*

Menandri. *Mendacij calumnia vitam hominum ledit.*

Eiusdem. *Mentiens nullus multum temporis latet.*

Phocylidis. *Fraudes ne consarcias.*

Eiusdem. *Mendax testimonium fuge, & iusta dic.*

Theognidis. *Principium mẽdacij exiguum habet gratiæ: circa finem verò*

*ἀμφίτομα. *Lucrum turpe, malumq; pariter*

Θάλης ὁ Μιλήσιος ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, πόσον ἀπέχει τὸ ψεῦδος τῆς ἀληθοῦς· ὅσον ἔφη ὀφθαλμοὶ τῶν ὤτων.

Καθάπερ τὸ τῆς ἡλίου φῶς οὐκ ἔστι θεάσασθαι ἀθεεὶ καὶ ἀδυνάτῳ τὴν ὄψιν· οὕτω καὶ ἔτι μᾶλλον τὼ ἀληθεῖ οὐκ ἔστιν ἰδεῖν ἀθεεὶ καὶ ἀδυνάτῳ τὴν διανοίαν.

Αἴσωπος ἐρωτηθεὶς, τί ὄφελος τοῖς ψευδομένοις οὐκ εἶναι ψεύδεσθαι, ἔφη· τὸ καὶ ἀληθῆ λέγουσι μὴ πιστεύεσθαι.

Πλάτων μὲν ἥδιον εἶναι τῶν ἀκουσμάτων τὼ ἀληθεῖ ἔλεγε· Πολέμων δὲ, πολὺ ἥδιον † τοῦ ἀκούειν τὸ λέγειν εἶναι τἀληθῆ.

ΠΕΡΙ ΨΕΥΔΟΥΣ, Λόγος ξβ'.

Διογένης, ὅστις καὶ τὰ καλὰ ψεύδη λέγων, ἐπιτιμᾶν τοῖς δεξιοῖς τοὺς κακοῖς ἀληθέσιν.

Ἀλλ' οὐδὲν ἕρπει ψεῦδος εἰς γῆρας χρόνου.

Κακὸν δὲ κεύθει, * καὶ τοιοῦτος αἰδρὸς ὄλβιος.

Καλὸν μὲν οὖν οὐκ ἔστι τὰ ψεύδη λέγειν, ὅταν δὲ ὄλεθρον δεινὸν ἡ ἀλήθεια ἄγῃ, συγγνωστὸν εἰπεῖν ὅστι καὶ ὃ μὴ καλόν.

Κρεῖττον δ' ἐλέσθαι ψεῦδος, ἢ ἀληθὲς κακόν.

Οὐ νέμεσις καὶ ψεῦδος ἐσθλὸν ψυχῆς ἀγορεύειν.

Ψεῦδος δ' οὐκ ἐρεῖ, μάλα γὰρ πεπυμένος ὅστι.

Τὸ πιθανὸν ἰσχυρὸν τῆς ἀληθείας ἔχει εἰσοτὲ μείζονα, καὶ πιθανώτερον ὄχλου.

Ἦ που χαλεπὸν ὅστι ὃ ψεῦδος λέγειν.

Ἔγωγέ φημι καὶ νόμον γε μὴ σέβειν τοῖσι δεινοῖς τῶν ἀναγκαίων πλέον.

Καιρῷ πλημμυρὲς κέρδος ὡς καρπὸν φέρει.

Ὑπολαμβάνω δὲ ψεῦδος ὅτι σωτηρίας λεγόμενον, ὀλίγον ἀφεστηκέναι δυσχερές.

Ἀληθομυθεῖν χρεών, ὅπου λώιον.

Θαλῆς ὁ Μιλήσιος ἐρωτηθεὶς πόσον ἀπέχει τὸ ψεῦδος τῆς ἀληθοῦς· ὅσον, ἔφη, ὀφθαλμοὶ ὤτων.

Ψεῦδος δὲ τοῖς ἐσθλοῖσιν οὐ πρέπει λέγειν.

Ἐχθρός γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν, ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐοῖ φρεσίν, ἄλλο δὲ εἴπῃ.

Ψεύδεα μὴ ζάζειν· τὰ δὲ ἐτήτυμα πᾶσιν ἀγορεύειν.

Μηδ' ἕτερον κεύθῃς κραδίῃ νόον, ἀλλ' ἀγορεύων.

Ψεῦδος δὲ μισεῖ πᾶς φέριμος καὶ σοφός.

Ψεῦδος δὲ μισεῖ πᾶς σοφὸς καὶ χρήσιμος.

Ψεῦδος ἀφαιρεῖται τὸν βίον λυμαίνεται.

Ψευδόμυθος ἀνὴρ λαθραίῃ παλιὼ χρόνου.

Μήτε δόλους ῥάπτειν.

Μαρτυρίην ψευδῆ φεύγειν, τὰ δίκαια ἀγορεύειν.

Ἀρχὴ ὅτι ψεῦδος μικρὰ χάρις· εἰς δὲ τελευτὴν αἰσχρὸν δὴ κέρδος καὶ κακοῖ * ἀμφότερον γίνεται.

γίνεται. Οὐδέπω καλὸν ὅτῳ ψεῦδος προσομίλῃ
ἀνδρὶ, καὶ ἐξέλθῃ πρῶτον ἀπὸ στόματος.

Δημήτριος ἐρωτηθεὶς, τί φαῦλον τοῖς ψευδομένοις ἀκόλουθῇ, εἶπε· Τὸ μηδὲ ἀληθῆ λέγουσιν ἔτι πιστεύεσθαι. (σαν ἀπεμβραίνῃ.

Ἐκ βλασφημίας καὶ φθόνου ψεῦδος ἐπ' ὀλίγον ἰσχύει· Ἀνὴρ εἰς Λακεδαίμονα ἀφίκετο Χῖος, γέρων ἤδη ὤν, τὰ μὲν ἄλλα ἀλαζών, ἠδέστο δ' ὅτι τῷ γήρᾳ, καὶ τὰ πολιὰ ὅσαι ἐπέλαβε βαφῇ ἀφανίζειν. παρελθὼν οὖν, εἶπεν ἐκεῖνα ὑφ' ὧν καὶ ἀφίκετο. ἀναστὰς οὖν ὁ Ἀρχίδαμος, τί ἄν, ἔφη, ξένε ὑγιὲς εἴποι, ὃς γε μόνον ὅτι τῇ ψυχῇ ὁ ψεῦδος, ἀλλὰ καὶ ὅτι τῇ κεφαλῇ περιφέρῃ; Ψεύδεσθαι πρόχειρόν τοῖς πολλάκις ἁμαρτάνουσιν.

Οὐδεμία γὰρ μηχανὴ μᾶλλον δεινοποιὸς ἀπιστίας. ἀλλ' αὕτη ἐστὶν ἡ κακία, πρὸς ἓν μόνον τὴν φυλακὴν ὀξὺ παρεῖδε. τὸ γὰρ δὴ ὃ μόνον ἐποιησάμεθα φυλακτήριον, τὸν ὅρκον λέγω, τοῦτο αὐτῷ μάλιστα καταχρῶνται, ὅταν δέῃ τι ἄπιστον ἀνδρὶ κακῶς δράσαντα ἐξαρνήσασθαι. ἔστι γὰρ δή τι καὶ ἕτερον ψεῦδος, ὃ τοὺς μὲν ἄλλους οὐ πάνυ δή τι λυμαίνεται, αἶσχος δέ ἐστι τοῦ χρωμένου. γίνεται γὰρ οὐκ ἐπὶ τῷ καθ' ἑτέρου τι λέγειν ἢ πράττειν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ πρὸς αὐτόν τε, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ. διπλοῦν δὲ τοῦτο, καὶ διχῇ δές. ἢ γὰρ ἐν ᾧ φαυλότερα καὶ ἐλάττω λέγειν ἢ πράττειν τῶν ὄντων ἀληθινῶς· ἢ ἐν τῷ μείζω τε καὶ σεμνότερα. καλῶν δὲ τὸ μὲν ἐνδεέστερον, εἰρωνεία· τὸ δὲ πλέον, ἀλαζονεία. Τὸ μὲν δὴ ἔλλειπον τοῦ ἀληθοῦς, κομψόν τί ἐστι καὶ αἰμύλον, καὶ ἐνίοτε οὐκ ἄχρηστον τῷ φιλοσόφῳ. καὶ διὰ τοῦτο αὖ καὶ Σωκράτης παρελάμβανεν ἐν τοῖς λόγοις, ὁπότε ἐδοῦτο ὑποσκῶψαί τινα σοφιστὴν τύφου μεστὸν, καὶ γόμους εἰσφερόντως. μᾶλλον γάρ τι αἰσθάνονται τῆς ἑαυτῶν ἀδυνατίας, ὅταν ἁμαθέστεροι ἐξελέγχωνται, τοῦ μηδὲν εἰδέναι προσποιουμένου. Τὸ δὲ ἕτερον ὃ ὑπερβάλλον, βαρύ τε καὶ ἐπαχθὲς, καὶ οὐδεὶ ὅπως ἀνεκτὸν φορτικὸν, ὡς ὁ καθ' αὑτὸν ἔπαινος. καὶ τοῦτο ὅτι παιδιὰ (ἔφη) καὶ ἄλλων ἐπαινουμένων, ἐρυθριᾷ χρεὼν τοὺς ἀληθινῶς αὐτῆς ὀρεγομένους. Οὐκοῦν καὶ πρὸς ἀλήθειαν, τοῦτον τὸν * αἰσχύνην ψυχῆς ἡσυχῇ, ἢ αὖ τὸ μὲν ἔλαττον ψεῦδος μισῇ, καὶ χαλεπῶς φέρῃ, αὐτῆς τε καὶ ἑτέρων ψευδομένων ὑπερηφανακτῇ· τὸ δ' ἀκύρωτον δύσκολος προσδέχηται, καὶ ἀμαθαίνουσά που ἀλισκομένη μὴ ἀγανακτῇ, ἀλλὰ δύσχρως ὥσπερ θηρίον ὕδωρ ἐν ἁμαξίᾳ μολύνηται.

Ἔνθα γάρ τι δεῖ καὶ ψεῦδος λέγεσθαι, λεγέσθω.

Ὀρθῶς γοῦν ὅπη καὶ πῶ ἀφ' ἧς † ἐπάλξεως ταύτης ὁ πολυκέφαλος σοφιστὴς ἐπάγκωνον ἡμᾶς, ὃ μὴ

Nascitur. est autem planè inhonestum, si cui mendacium adhæreat

Viro, & ab ore primùm egrediatur.

Demetrius interrogatus, quid mali mentientes sequeretur, dixit: quòd ne vera quidem dicentibus deinceps fides adhibeatur.

Ex calumnia & inuidia mendacium pauco tempore durans, paulatim extinguitur. Theophrasti.

Vir quidam Chius iam senex in Lacedæmonem peruenit, qui quidem alioquin erat arrogans, sed senectutis suæ ipsum pudebat. Quare canos tinctura obliterare conabatur. progressus autem in publicũ de reb. orationẽ habuit, quarum gratia venerat. Tum surgens Archidamus dixit, quid ille tandẽ rectũ diceret, qui mendaciũ non in animo solũ, sed capite quoq; circũfert? Eiusdem. al. Æliani.

Sæpe delinquẽtibus promptissimũ est mẽtiri. Lysiæ.

Nulla enim malitia alienior est à conuersatione hominũ, quàm perfidia. Sed hæc est illa improbitas, aduersus quam solùm nulla datur custodia. Nam quod vnicum habebamus confugium, nempe iusiurandum, hoc ipso maximè abutitur vir perfidus quod cõmisit malum facinus, inficiando. Est & aliud quoddam genus mendacij, quod cæteros quidem nõ admodum ledit, sed dedecus ipsius vtẽtis est. Committitur enim non dicendo faciendóue quicquam in alterum: sed de seipso & rebus suis. Et hoc duplex est: aut enim committitur, leuiora & minora dicendo, quàm reuera sint: aut maiora & splendidiora. Hoc quod fit circa minus, dissimulatio dicitur: illud verò quod circa maius, arrogantia. Id autem quod inferius est, quàm verum sit, lautum, & elegans est, ac interdum philosopho non inutile. Quamobrem etiam à Socrate vsurpatur in dicendo cùm opus erat illudere superciliosum aliquem sophistam, sibíque plurimum de sua doctrina placentem. Tum enim vanitatem suam magis sentiunt, cùm indoctiores deprehenduntur illo, qui se nihil scire simulat. Supra modum verò se suáque iactare, auditu graue ac molestum est: nec vlla narratio tam odiosa, quàm sui ipsius laus. Decet enim, præsertim in laude doctrinæ nostræ, etsi ab aliis prædicetur, ingenuo pudore suffundi reuera doctos. Quinetiam ad veritatem affectum animi similiter moderatum instituemus, quo gubernata voluntarium quidem mendacium oderit ac ægrè ferat, & tum sibi, tum aliis mentientibus valde succenseat: inuoluntarium verò facilè accipiat: & si imperitia eius deprehendatur, non indignetur, sed instar suis promptè possit per inscitiæ lutum volutari. Lysiæ. Themistii ex libro de mediocritate affectuum aut amore liberorum. *malim μετρίαν.

Sicubi etiam mendacium dici opus est, dicatur. Herodoti li. 3. histor.

Cernis quàm argutè multiceps iste Sophista, nunc rursus tergiuersando nos inuitos non ens Ex Platone de Sophista, vel de ente. † ἐκ παλάξεως.

quodam modo esse fateri coegerit? Quis non viderit? Qua igitur ratione eius artem definiemus, ita vt nobis cõstemus? Quid maximè veritus ita loqueris? Quia enim Sophistam circa phantasmata deceptorem quendam asserimus, eamq; artem decipiendi astutiam nominamus, vtrum ne animam nostram falsa opinari captiunculis eius irretitam, an aliud quiddam dicemus? Non aliud certè. Falsa opinio est, eorũ quæ sunt opinari contraria? Cõtraria. Ais igitur falsam opinionẽ, quæ non sunt opinari? Aio. Vtrum non esse quæ non sunt putat? an quodam modo esse, quæ nullo modo sunt? Si quis vnquam quoque modo opinando mẽtitur, necesse est, vt quæ non sunt, esse quodam modo iudicet. Nónne etiam quæ omnino sunt, nullo modo esse putabit? Id quoq; Et hoc falsum similiter? Et hoc. Quin etiam sermo mendax eadem ratione cẽsebitur, qui videlicet quæ non sunt esse, & contrà quæ sunt, non esse pronunciet? Haud aliter mendax effici potest.

*al. non habet.

Ibidem.

Non ens constitit vnum quoddam reliquorum generũ existens, per omnia quæ sunt, diffusum. Constitit. Considerandũ ergo deinceps, vtrum opinioni atq; orationi immisceatur. Cur? Quoniã si nullo modo bis immisceatur, vera esse omnia necesse est: sin autem miscetur, falsa opinio, oratioq; falsa exoriuntur. Dicere enim & opinari nõ entia, hoc ipsum falsum est, orationi & cogitationi contingens. Sic est. Cùm verò sit falsitas, deceptio sequitur. Statim orta deceptione, necesse est simulachris & imaginibus phantasiaq; cuncta repleri. Nihil repugnat.

Platonis in libello de iusto.

Dic age mihi, vtrum tu putas iustum esse, mentiri ne, aut verũ dicere? Verum dicere. Igitur mentiri fuerit iniustum? Na. Sed an decipere iustum reris, aut nõ decipere? Nimirum non decipere. Ergo decipere iniustum est? Sic est. Ladere verò iustúm ne est, an iuuare? Iuuare. Iniustum ergo ladere? Planè. Igitur verũ dicere, non decipere, iuuare, iusta sunt: contrà mentiri, ladere, & decipere iniusta? Sanè per Iouẽ. An verò etiãm hostes? Haudquaquam. Ergo ne hostes ladere iustum, iuuare autem iniustum est? Mea quidem sententia. Nónne per fraudẽ quoq; hostes offendere iustum est? Quid ni? At si quis mentiatur vt decipiat & ladat ipsos, iustúm ne fuerit? Fuerit. Caterùm amicos an non inquis adiuuari iustũ esse? Inquã. Vtrũ non per fraudẽ: an id quoq; dũmodo fiat in ipsorum cõmodum? Per fraudem quoq; mehercle. Sed an decipiendo quidem ipsis prodesse iustũ fuerit, non aũt mentiendo, an ita quoq;? Sanè & mentiẽdo iustum fuerit. Efficitur itaq;, sicut apparet, vt & mentiri & vera loqui, iustum simul iniustumq; sit. Profectò. Item decipere vel nõ decipere, iustum ac iniustum fueris? Videtur. Et offendere &

ὂν οὐχ ἑκόντας ὁμολογεῖν εἶναί πως. ἐρῶ καὶ μάλα. τί δαὶ δὴ τὸ τέχνῃ αὐτό τινα ἀφορίζοντες ἡμῖν αὐτοῖς συμφωνοῖ οἷόί τε ἐσόμεθα; πῇ καὶ ὃ ποῖόν τι φοβερόμυθος ἅτε λέγεις, ὅταν σοὶ ὃ φάντασμα αὐτὸν ἀπατᾷ φῶμεν, καὶ τὸ τέχνῃ εἶναί τινα ἀπατητικὸν αὐτό, τότε πότερον ψυχὴν δῆτα δοξάζειν τὸ ψυχῇ ἡμῶν φήσομεν εἶναι τὸ ἐκείνου τέχνης, ἢ τί ποτ' ἐρῶμεν; τοῦτο. τί γὰρ αὖ ἄλλο εἰ πειρῷμεν ψεῦδος ἢ αὖ δόξαν εἶναι, παντάπασι τοῖς ὄσα δοξάζουσα; ἢ πῶς; τὰ ἐναντία. λέγεις ἆρα τὰ μὴ ὄντα δοξάζειν τινὶ ψευδῆ δόξαν; ἀνάγκη. πότερον μὴ εἰ) τὰ μὴ ὄντα δοξάζουσαν, ἢ πῶς * λέγεις εἰ) τὰ μηδαμῶς ὄντα; εἰ) πῶς τὰ μὴ ὄντα δῦ γε, εἴπερ ψεύσεταί ποτέ τις τι, καὶ χ' ὃς χυ. τί δ' ὅ καὶ μηδαμῶς εἰ) τὰ πάντως ὄντα δοξάζεται; ναί. καὶ τοῦτο δὴ ψεῦδος; καὶ τοῦτο. καὶ λόγος οἷμαι ψευδὴς, ὅτου χ' ὃς τοιαῦτα τοῦτα νομισθήσεται, τά τε ὄντα λέγων μὴ εἰ), καὶ τὰ μὴ ὄντα εἰ). πῶς γὰρ αὖ ἄλλως τοιοῦτος γένοιτο;

Τὸ μὲν δὴ μὴ ὂν ἡμῖν, ἐν τῇ τοῦ ἄλλου γένους ὂν αἰεφαίνῃ, χ' πάντα τὰ ὄντα διεσπαρμένον. ὅτως. Οὐκοῦν ὃ μὴ τοῦτο σκεπτέον, εἰ δόξῃ τε καὶ λόγῳ μίγνυται. τί δή; μὴ μιγνυμένου μὲν αὐτὸ τούτοις, αἰανγκαῖον ἀληθῆ πάντ' εἰ) μιγνυμένου δὲ, δόξα τε ψευδὴς γίνεται καὶ λόγος. ὃ γὰρ τὰ μὴ ὄντα δοξάζειν, ἢ λέγειν, τοῦτ' ἔστι που ὃ ψεῦδος, ἐν διανοίᾳ τε καὶ λόγοις γιγνόμενον. ὅτως. ὄντος δή γε ψεύδους, ἔστιν ἀπάτη. ναί. καὶ μὴν ἀπάτης ὄσης, εἰδώλων τε, καὶ εἰκόνων, ἤδη καὶ φαντασίας ἅπαντα αἰάγκη μεστὰ εἰ). πῶς γὰρ οὔ;

Φέρε δή, πότερον ἡγῇ δίκαιον εἰ) ψεύδεσθαι, ἢ ἀληθῆ λέγειν; ἀληθῆ ἔγωγε. ψεύδεσθαι ἆρα ἄδικον; ναί. πότερον δὲ καὶ ἐξαπατᾶν ἡγῇ δίκαιον, ἢ μὴ ἐξαπατᾶν; μὴ ἐξαπατᾶν δή που. ἐξαπατᾶν ἆρα ἄδικον; ναί. τί δαί, βλάπτειν δίκαιον, ἢ ὠφελεῖν; ὠφελεῖν. βλάπτειν ἆρα ἄδικον; ναί. ἔστιν ἆρα ἀληθῆ μὲν λέγειν, καὶ μὴ ἐξαπατᾶν, τὸ ὠφελεῖν δίκαιον· ψεύδεσθαι δέ, τό, βλάπτειν, τὸ ἐξαπατᾶν ἄδικον; ναί μὰ Δία σφόδρα γε. ἢ τὸ τοὺς πολεμίους; ὑδαμῶς. ἀλλὰ βλάπτειν δίκαιον τοὺς πολεμίους, ὠφελεῖν δὲ ἄδικον; ναί. ὑκοῦν τὸ ἐξαπατῶντας δίκαιον βλάπτειν τοὺς πολεμίους; πῶς γὰρ οὔ; πῇ δὲ ψεύδεσθαι ἵνα ἐξαπατῶμεν τὸ βλάπτωμεν αὐτοὺς ὑ δίκαιον; ναί. τί δαί, τοὺς φίλους ὅτε ὠφελεῖν δίκαιον εἰ) φὴς; ἔγωγε. πότερον μὴ ἐξαπατῶντας, ἢ ἐξαπατῶντας ἐπ' ὠφελείᾳ τῇ ἐκείνου τὸ ἐξαπατῶντας νὴ Δία. ἀλλ' ἐξαπατῶντας μὲν, δίκαιον ἆρα ὠφελεῖν, ὑ μὲν τι ψευδομένους γε, ἢ τὸ ψευδομένους; τὸ ψευδομένους δίκαιον. ἔστιν ἄρα, ὡς ἔοικε, ψεύδεσθαί τε, τὸ ἀληθῆ λέγειν, δίκαιον καὶ ἄδικον; ναί. καὶ μὴ ἐξαπατᾶν, καὶ ἐξαπατᾶν, δίκαιον καὶ ἄδικον; ἔοικε. καὶ βλάπτειν καὶ

ὠφε-

ὠφελῇ, δίκαιον καὶ ἄδικον; ναί. Ταῦτα δὴ, ὡς ἔοικε, πάντα τὰ τοιαῦτα ὄντα, καὶ δίκαια καὶ ἄδικα ὕστερον φαίνεται. ἄκουε δή. ὀφθαλμόν ἐγώ ἔχω δεξιὸν καὶ ἀριστερόν, ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι; ναί. καὶ μυκτῆρα δεξιὸν καὶ ἀριστερόν, καὶ χεῖρα δεξιὰν καὶ ἀριστεράν; ναί. Οὐκοῦν ὅτῳ Ταῦτα ὀνομάζω, τὰ μὲν δεξιὰ φὴς εἶ), τὰ δὲ ἀριστερὰ τῷ ἐμοί, εἴσει ἐγὼ ἐρήσομαι, ὁπότερα * αὖ ἔχῃς εἰπεῖν, ὅτι τὰ μὲν τοῦ * τὸν δεξιὰ ὄντα, τὰ δὲ τοῦ τὸν ἀριστερά; ναί. ἴθι δὴ καὶ σκέψαι. ὅτῳ Ταῦτα ὀνομάζων, τὰ μὲν δίκαια φὴς εἶ), τὰ δὲ ἄδικα, ἔχῃς εἰπεῖν, ὁπότερα τὰ δίκαια, καὶ ὁπότερα τὰ ἄδικα; ἐμοὶ μὲν οὖν δοκεῖ, εἰ τῷ δέοντι καιρῷ ἕκαστα τούτων γιγνόμενα, δίκαια εἶ)· εἰ δὲ τῷ μὴ δέοντι, ἄδικα. καλῶς γέ σοι δοκῶ. ὁ μὲν ἄρα εἰ τῷ δέοντι ἕκαστα τούτων ποιῶν, δίκαια ποιεῖ· ὁ δὲ μὴ εἰ τῷ δέοντι, ἄδικα; ναί. Σκόπει οὖν ὁ μὲν τὰ δίκαια ποιῶν, δίκαιος· ὁ δὲ τὰ ἄδικα, ἀδικήσει ἔστι ταῦτα. τίς οὖν ὁ εἰ τῷ δέοντι καιρῷ οἷός τε τέμνειν, καὶ κάειν, καὶ ἰσχναίνειν, ὁ ἰατρός. ὅτι ὁπόταν, ἢ διὰ ἄλλό τι; ὅτι ὁπόταν. τίς δὲ εἰ τῷ δέοντι σπάσθαι καὶ ἀρόσαι καὶ φυτεῦσαι οἷός τε; ὁ γεωργός. ὅτι ὁπόταν, ἢ ὅτι ὅ; ὅτι ὁπόταν. Σκόπει οὖν καὶ τὰ ἄλλα ὅσα, ὁ μὲν ὁπόταν βούλωμαι, οἷός τε τὰ δέοντα ποιεῖν ἐστι, καὶ εἰ τῷ δέοντι, καὶ εἰ τῷ καιρῷ· ὁ δὲ μὴ ὁπόταν βούλωμαι, ἢ ὅ; ὅσα. καὶ φιλοσοφεῖσθαι ἄρα καὶ ἐξαπατᾶν καὶ ὠφελεῖν, ὁ μὲν ὁπόταν βούλωμαι, οἷός τε ποιεῖν ἕκαστα τούτων εἰ τῷ δέοντι καιρῷ· ὁ δὲ μὴ ὁπόταν βούλωμαι, ἢ ἀληθῆ λέγεις.

Τυχιάδης. ἔχεις μοι, ὦ Φιλόκλεις, εἰπεῖν, τί ποτε ἄρα τοῦτό ἐστιν, ὃ τοὺς πολλοὺς εἰς ἐπιθυμίαν τοῦ ψεύδεσθαι παρέχεται, ὡς αὐτούς τε χαίρειν μηδὲν ὑγιὲς λέγοντας, καὶ τοῖς τὰ τοιαῦτα διεξιοῦσι, μάλιστα προσέχειν τὸν νοῦν; Φιλοκλῆς. πολλά, ὦ Τυχιάδη, ἐστὶν, ἃ τοὺς ἀνθρώπους εἰώθασιν ἀναγκάζειν τὰ ψευδῆ λέγειν, ἐς ὃ χρήσιμον ἀποβλέποντας. Τυχ. Οὐδὲν προσήκει ἔτι τούτοις φασὶν, οὐδὲ παρὲξ τούτων ἐστὶν, ὁπόσοι τῆς χρείας ἕνεκα ψεύδονται· συγγνώμης τοίνυν ἅπαντες μᾶλλον, καὶ ἐπαίνου τινὲς αὐτῷ ἄξιοι, ὁπόσοι ἢ πολεμίους ἐξηπάτησαν, ἢ ὅλως σωτηρίας τῷ τοιούτῳ φαρμάκῳ ἐχρήσαντο ἐν τοῖς δεινοῖς· οἷα πολλὰ καὶ Ὀδυσσεὺς ἐποίει, τιμῶν τε αὐτὸ ψυχῆς ἀξιοῦντος, καὶ τοὺς ἑταίρους. ἄλλα παρὲξ ἐκείνων ἃ ἄρτι φημί, οἱ αὖ ἄλλοι τῆς χρείας ὁ ψεύδης παρὲξ πολὺ τῆς ἀληθείας πέφευγε, ἡδόμενοι ᾧ παράγματι, καὶ οὐδὲν προσηκόντως ἐπὶ δεδεγμένῳ παρὰ φύσιν αἰσχρῷ. τούτους οὖν ἐπίλοιπον εἰδέναι, πόθεν ἀρξάμενοι τοῦ τοιούτου Φιλ. ἴσως που κεφαλαιούμενος ἤδη τινὰς τοιούτους, οἷς ἔμφυτος ἔρως ἐστὶν ὅστις παρὲξ ὁ ψεύδης; Τυχ. ἐγὼ μάλα πολλοὺς τοιούτους. Φιλ. τί δ' οὖν ἄλλο ἢ ἄγοιαν χρὴ

iuuare, iustum pariter ac iniustum erit? Planè. Hæc igitur, quantum apparet, omnia cùm huiusmodi sint, tum iusta, tum iniusta sunt? Mihi quidem videtur. Ausculta mihi. Viden' oculum esse mihi dextrum ac sinistrum, vt reliquis hominibus? Video. Narem quoque dextram & sinistram? Euidens est. Et manum dextram & læuam? Planè. Quandoquidem igitur eisdem partibus nominatis has quidem dextras, illas verò sinistras esse dicis, siue interrogarem vtri parti hoc vel illud nomen conueniret, dicere posses, quòd pars ad illum hominem spectãs dextra sit: quæ verò ad te, sinistra? Facilè. Hic ergo similiter, quoniam eadem res nominans has dicis esse iustas, illas iniustas, potés ne dicere vtræ sint iustæ, & vtræ iniustæ? Mihi sanè videtur horum singula, si decenter opportunéq; fiant, esse iusta: secus, iniusta. Placet mihi tua sententia. Quisquis igitur illorum singula facit, vt decet, iustè facit: qui indecenter, iniustè? Nè. Nón ne qui iusta facit, iustus est: qui iniusta, iniustus? Sic est. Quis nam est ille, qui potest opportunè secare, vrere, attenuare? Medicus. An quia scit, an aliam ob causam? Quia scit. Sed quis est qui tempestiuè fodere, arare, & plantare potest? Agricola. An quia nouit, vel quia nescit? Quia nouit. Sequitur, vt aliùt in rebus quoque similiter se habeat. Sciens igitur, opportuna facere potest decenter & opportunè: nescitès verò, nequit? Ita. Ergo is qui mentiri, decipere iuuaréque scit, horum singula decenter ac tempestiuè potest administrare: qui nescit, nequaquam? Vera dicis.

Potes mihi Philocles dicere, quid nam id tandem sit, quod multos in mentiendi cupiditatem adducit, vt pariter gaudeant, quum & ipsi nihil sani loquuntur: & his qui talia narrant, maximè animum intendunt? Phil. Multa ô Tychiades sunt quæ nõnullos mortales mentiri compellunt, quia in rem vident conducere. Tych. Nihil ad rem hæc, vt aiunt: neque enim de his rogabam, qui quum vsus postulat mentiuntur: venia nimirum hi, imò laude plerique eorum digni sunt, quicunque vel hostes fefellerunt, vel ad salutem tali quopiam pharmaco vsi sunt in necessitatibus. Cuiusmodi multa Vlysses etiam fecit, vt & vitam suam, & sociorum reditum redimeret. Sed de illis vir optime dico, qui nulla necessitate mẽdacium ipsum veritati longè anteponunt, ipsa re videlicet delectati, atq; in ea sine vlla idonea occasione versati. Isti ergo, scire cupio, cuius commodi gratia istud agant. Philocles. An alicubi tales aliquos iam deprehẽdisti, quib. hæc insita sit mẽtiendi libido? Tychiades. Et quidẽ admodũ multi sunt huiusmodi. Philocles. Quid aliud ergo in causa sit,

* al. ἐρ' interponitur, * τῆ.

Luciani in Philopseudo ab initio.

quòd mentiuntur, nisi dementia? siquidem rem peßimam, optimæ loco præoptant. Tychiades. Hoc nihil eßt: nam ego tibi multos ostenderim, ad cætera prudentes, ac sapientia mirabili, nescio tamen quo pacto captos hoc malo, mendacijq; studiosos: adeò vt ego certè moleßtè feram, quod viri tales, omnib. cæteris in rebus optimi, gaudent tamen, & se, & eos in quos inciderint, fallere. Nam veteres illi, id quod tibi notius eßt quàm mihi, Herodotus, Cteßasq; Cnidius, atque his superiores, denique Homerus ipse, & cætera.

Theophrasti de dißimulatione.

Dißimulatio, vt ita dixerim, eßt quæ res ac verba videtur deteriorem in partem dißimulare. Dißimulator autem talis quidam eßt, qui inimicos adeat, dicátque, illos se minimè odisse: coramq; laudibus eos efferat, quibus insidietur: & ijs propter infortunium mœstis, mœstum se ipse quoq; ostendat, & maledicti is se lacessentibus ignoscat: quæq; aduersum se dicantur, haud grauiter ferat. Idem quoque indignè oppreßis, & iniuria circumuentis, ob hocq; indignantibus mitti indulgétiq; oratione inseruiat: seriò se cõuenire volentibus, redire mandet: omnia sua facta occultet atque abdat, nec palàm esse quicquam patiatur: sed se consilium capere dicat, simuletq; se nuper acceßisse, serò venisse, ægrotasse. mutuantibus aut rogantibus quippiam, dicat se vendere: quumq; vendit, vendere se negat. vbi aliquid audierit, id ad se nihil pertinere simulet: & si quid viderit, vidisse se perneget: & si quid promiserit, memoria tamen rem non tenere dicat: & partim nota sibi esse, partim ignota: itẽ illa se mirari, hæc minimè: quòd dudum sibi quoq; haud aliter esset visum. Et in huiusmodi denicq; orationis genere permultũ valebit non credo, non opinor, obßtupesco: & planè immutatum aliquem atq; aliũ effectum dicet. Præterea, Non mihi exposuit, non mihi verisimile sit, alij cuiuis narres, vtrum minùs tibi fidẽ adhibeam, an illum accusem, haud exploratũ habeo. Cauẽdum igitur ne huiusmodi vocibus, perplexis sermonibus atque iterationibus, patefacias aures, quibus nihil deterius inueniri potest. Itaque ingenia non aperta, non simplicia, sed astuta & callida, & ad decipiẽdum parata, magis, quàm viperas fugere debemus.

* ἀντιπιῶσι.

De vanitate ex Charactere Theophrasti.

Vanitas eßt mẽdacium sermonũ, & actionũ cõpositio, quæ pro ipsius cõponentis arbitrio & voluntate cõficitur. At vanus is esse dicitur, qui amico obuiã procedens vultu demisso, atq; subridẽs rogat: Vnde tibi eßt iter amice? affers ne aliqd? aut habes hac de re quippiã dicere noui? addit ad hæc, Nũqd nouũ magis dicitur? an quæ ferũtur bona sunt? Ac statim priusquã respõdeas, subdit: Quid dicis? nũ nihil audiuisti? ego te pascam sermonibus nouis. Ac sibi vel miles, vel alicuius tibicinis seruus, vel Lycõ operarius adest è

αἰτίαν τῆ) αὐτοῖς φάναι τὸ μὴ ἀληθῆ λέγειν, εἶναι δὲ χρέιαν αὐτὴ τὸ βελτίστου παραμύθιον. Τυχ. Οὐδὲν τοῦτο· ἐπὶ πολλοὺς αὖ ἐγώ σοι δείξαιμι, σωφρονεστάτους, καὶ τὸ γνώμιμον θαυμαστούς, οὐκ οἶδ' ὅπως ἁλισκομένους τούτῳ τῷ κακῷ, καὶ φιλοψευδεῖς ὄντας, ὡς αἰσθάνῃ μοι εἰ τοιοῦτοι ἄνδρες ἄριστοι τἆλλα πάντα, ὅμως χαίρουσιν αὐτοί τε ἢ τοὺς ἐντυγχάνοντας ἐξαπατῶντες. ἐκείνους μὲν γὰρ τοὺς παλαιοὺς παρὼν ἐμοὶ σὺ χρὴ εἰδέναι, τὸν Ἡρόδοτον, καὶ Κτησίαν τὸν Κνίδιον, καὶ παρὰ τούτων τοὺς πρώτους, (καὶ τἆλλα.)

Ἡ μὲν οὖν εἰρωνεία δόξειεν ἂν τοιαύτη (ὥσθ' ὑπολαβεῖν) παροιμίοις ὅτι χρέιον παρέχειν καὶ λόγων. ὁ δὲ εἴρων τοιοῦτός τις, οἷος παρελθὼν τοῖς ἐχθροῖς ἐθέλειν λαλεῖν, ὑ μισεῖν, καὶ ἐπαινεῖν παρόντας, οἷς ἐπίδηλος λέληθε. καὶ τούτοις συλλυπεῖσθαι πεπωμένοις, καὶ συγγνώμιλον δὲ ἔχειν τοῖς κακῶς αὐτὸν λέγουσιν, καὶ ὅτι τοῖς καθ' ἑαυτὸν λεγομένοις. καὶ πρὸς τὰς ἀδικουμένους, καὶ ἀγανακτοῦντας παρὼν μέλεσθαι. καὶ τοῖς ἐντυγχάνειν καὶ ὅσα δεῖ βουλομένοις, παρασκευὴ ἐπιμελεῖσθαι, καὶ μηδὲν ὧν παρέπεσθαι ὁμολογῆσαι· ἀλλὰ φῆσαι βουλεύεσθαι, καὶ ποιήσασθαι ἄρτι παρεγγενέσθαι, καὶ ὀφὲ γνέσθαι αὐτῷ, καὶ μαλακισθῆναι. καὶ πρὸς τὰς δυμζομένους καὶ ἐρανίζοντας, ὡς ὑ πολλοῦ· καὶ μὴ πολλῶν, φῆσαι πολλοῦ. καὶ ἀκούσας τι, δείξαι μὴ * ποιεῖσθαι· καὶ ἰδὼν, φῆσαι μὴ ἑωρακέναι· καὶ ὁμολογήσας, μὴ μεμνῆσθαι· καὶ τὰ μὲν ἐσκέφθαι φάσκειν, τὰ δὲ οὐκ εἰδέναι, τὰ δὲ θαυμάζειν, τὰ δὲ ἤδη ποτὲ καὶ αὐτὸς ὕστερον ἀγνοῆσαι. καὶ ὅλον δοκεῖν τῷ τοιούτῳ τρόπῳ τῷ λόγῳ χρῆσθαι, ὑ πιστεύω, ὑχ ὑπολαμβάνω, ἐκπλήττομαι· καὶ λέγειν αὐτὸν ἕτερον γεγενέσθαι. καὶ μιμεῖσθαι, ὑ ταῦτα πρὸς ἐμὲ διεξῇσι, παραδόξου μοι τὸ πρᾶγμα, ἄλλῳ τινὶ λέγει, ὅπου δέ σοι ἀπιστήσω, ἢ ἐκείνῳ κατηγορῶ, ἀπορούμαι. ἀλλ' ὅρα μὴ σὺ θαττον πιστεύσῃς τοιαύτας φωνάς, καὶ πλοκάς, καὶ παλιλογίας, ἃ χρέιον ἐστὶν ἀμύητον εἶναι. τὰ δὴ τοιαῦτα μὲν ἁπλᾶ, ἀλλ' ἐπιβουλὰ φυλάττεσθαι μᾶλλον δεῖ, ἢ τοὺς ἔχθρους.

Ἡ δὲ λοιδορία ἐστὶ σωρεύσεις ὕβριδων λόγων καὶ παρόξεων, ὧν βούλεται ὁ λοιδορούμενος. ὁ δὲ λοιδορητικός τις ἐστὶν, οἷος ὑπαντήσας τῷ φίλῳ ὀργὴν καταβαλὼν ὄχλος, καὶ μεθιάσας ἐρωτῆσαι, πόθεν εἶ; καὶ λέγεις τί; καὶ ἔχεις περὶ τοῦδε εἰπεῖν καινόν; καὶ ὑπερβαλὼν ἐρωτᾶν, μὴ λέγεταί τι καινότερον; καὶ μιμεῖ ἀγαθὰ ὄντα τὰ λεγόμενα; καὶ οὐκ ἐάσας ἀποκρίνεσθαι, εἰπεῖν· τί λέγεις; οὐδὲν ἀκήκοας; δοκῶ μοι σε διώχήσειν καινῶν λόγων. καὶ ἔστιν αὐτῷ ἡ γραπιότης, ἢ παῖς ἀχθὺς τοῦ αὐλητοῦ, ἢ Λυκῶν ὁ ἐργολάβος, παραγγελοῦς δὲ αὐτῷ

αὐτῆς τῆς μάχης, ὃ φασὶν ἀκριβέστερον. αἱ μὲν οὖν ἀπαγγελίαι τοιαῦταί εἰσιν αὐτοῦ, ὧν οὐδεὶς ἂν ἔχοι ἀπιστῆσαι. διηγεῖται δὲ τάδε, φάσκων λέγειν ὡς Πολυσπέρχων, καὶ ὁ βασιλεὺς μάχην νενίκηκε, καὶ Κάσανδρος ἐζώγρηται. κἂν εἴποι τις αὐτῷ, σὺ δὲ τοῦτο πῶς οἶδας; φήσει, ὅτι τοιοῦτο βοᾶσθαι γὰρ ἐν τῇ πόλει, καὶ τὸν λόγον ἐπαντιόν, καὶ πάντα συμφωνεῖν. τοιαῦτα γὰρ λέγειν περὶ τῆς μάχης, καὶ πολλὰ τὸν φόνον γεγενῆσθαι. εἰ δὲ αὐτῷ καὶ σημεῖον, τὰ πρόσωπα τῶν ἐν τοῖς πρόσθεν. ὁρᾶν γὰρ αὐτῶν πάντων μεταβεβληκότα. λέγει δέ ὡς καὶ παρακηκοὼς τούτοις κρυπτόμενόν τινα ἐν οἰκίᾳ, ἤδη πέμπτην ἡμέραν ἥκοντα ἐκ Μακεδονίας, ὃς πάντα ταῦτα εἶδε, καὶ πάντα διεξιὼν, πῶς οἴεσθε πιθανῶς ἀπατᾷ λέγων· δυστυχὴς Κάσανδρος, ὦ παλαίπωρος. ἐνθυμῇ δὲ τῆς τύχης; ἀλλ' οὖν ἰσχυρὸς ἡμόμβνος. καὶ δοῦν δὲ αὐτὸν σε μόνον εἰδέναι. πᾶσι δὲ τοῖς ἐν τῇ πόλει προσδιδράμηκε λέγων. τῶν τοιούτων ἀνθρώπων τεθαύμακα, τί ποτε βούλονται λανθάνοντες. ὃ γὰρ μόνον ψεύδονται, ἀλλὰ καὶ ἀλλοιοτελῶς ἀπαλλάττουσι. πολλοῖς γὰρ αὐτῶν οἱ μὲν ἐν τοῖς βαλανείοις παρεισάσης ποιήσαντες, τὰ ἱμάτια ἀποβεβλήκασιν· οἱ δὲ ἐν τῇ στοᾷ πεζομαχίᾳ καὶ ναυμαχίᾳ νικῶντες, ἐρήμους δίκας ὤφλήκασιν. εἰσὶ δ' οἳ, καὶ πλέοντες λέγω, ἐν χερσὶν αἰρῶντες παρεδυπτήθησαν. πάνυ δὲ παλαίπωρον αὐτῶν ὅτι ὁ ὑπνοδίδυμα. ποία γὰρ ὑ στοᾶ, * ποῖον δὲ ἐργαστήριον, ποίᾳ δὲ μέρει τῆς ἀγορᾶς ὑ διημερεύουσιν, ἀπαυδᾶν ποιοῦντες τοὺς ἀκούοντας, ὕπνους καὶ καταποιοῦντες ταῖς ψευδολογίαις;

* πόσον δὲ ἐμπορίου.

ΠΕΡΙ ΨΕΥΔΟΥΣ ΚΑΙ ΣΥΚΟΦΑΝΤΙΑΣ καὶ ψευδομαρτυρίας, Λόγος ξγ'.

ΟΥ ψευδομαρτυρήσεις ἐν τῷ πλησίον σου μαρτυρίαν ψευδῆ.

Ἀπολεῖς πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος.

Οὓς ἐρεῖδεται ὅτι ψεύδονται, τοῦτ' ποιμανεῖ ἄνεμος. ὁ δὲ αὐτὸς διώξεται ὄρνεα πτερωτά.

Βόλυγμα κυρίῳ χεῖλη ψευδῆ.

Μάταιον λόγον καὶ ψευδῆ, μακρὰν ποίησον ἀπ' ἐμοῦ.

Γλῶσσα ψευδὴς μισεῖ ἀλήθειαν.

Ἐκκαὶ ψεύδη μάρτυς ἄδικος, καὶ ὁπτεύμπει κρίσεις ἀνὰ μέσον ἀδελφῶν.

Μάρτυς ψευδὴς οὐκ ἀτιμώρητος ἔσται.

Μάρτυς ψευδὴς ἀπολεῖται.

Ὁ μάρτυς τῶν ἀδίκων δόλιος.

Ὄρκον ψευδῆ μὴ ἀγαπᾶτε, διότι ταῦτα πάντα ἐμίσησα, λέγει κύριος παντοκράτωρ.

pralio, ex quo ait se certiorem esse factum. Hi ergo rumorū nuncij tales sunt, quos obliuisci possit nemo. Prosequitur autem, ab illis sibi nunciatum esse, Polysperchum ac regem ex prælio victoriam reportasse, Cassandrumq; captū esse. Quod si quis ex eo quærat, num ea sibi probabilia videantur, ait, Res ipsa loquitur: ita enim tota vrbe hominum sermone celebrari: atq; eum rumorem vehementer inualuisse, atq; omnia conuenire ijs qui de pugna loquuntur: & cadis permultum extitisse. quod vt credat, eorum sibi facies indicio esse qui interfuerint, se enim intueri ora omnium esse immutata. Audisse se etiam dicit, apud eos quendā domo occultum, quintum iam diem teneri, qui ex Macedonia veniat, omniaq; probè teneat. Atq; hæc cuncta commemorantem illum arbitramini animi dolore affectum videri? præsertim hæc dicentem, hæc Cassandrū infælicem & miserum: videre rerum humanarum imbecillitatem, varietatemq; fortunæ. Quàm magnus & potens erat ille? Hæc ego te solum scire velim. Mox eadem ciuibus omnibus quoscunq; offenderit, cursu aduolans enarrat. Huiusmodi ego homines quid sibi velint, vehementer admiror, qui fictis rumoribus cōmentitijsq; fabulis delectantur. nō enim mentiuntur solū, verùm ex ea vanitate et mendacio ipsi quoq; cum detrimento abeunt. Sæpe enim euenit, vt eorū alij in balneis diutiùs commorati amittāt vestes: nōnulli dū in porticu victorias terramariq; partas narrāt, absentes interim in iudicio damnantur. Sunt ēt, et quidē permulti, qui cùm per vim occupatos locos, et opima spolia referre gaudeāt, ipsi miserrimè domi cænēt. Id igitur eorū studium multo miserrimū puto. etenim, qua in porticu, qua in officina, qua denique in fori parte tempus non terunt? auditoresq; in fastidium ac defatigationem suis mendacijs non adducunt?

DE MENDACIO, ET CALVmnia, & falso testimonio, Sermo LXIII. Ex Antonio.

NOn dices falsum testimonium contra proximum tuum. Exod. 20.

Perdes quotquot loquuntur mendacium. Psalm. 5.

Qui nititur mendacijs, ventos pascet, & aues alatas persequetur. Prouer. 10.

Labia mendacia dominus abominatur. Prouer. 12.

Vanum & mendacem sermonem procul à me remoue.

Lingua mendax odit veritatem.

Excitat mendacia testis iniquus, & discordiam fratribus immittit. Prouer. 14.

Testis falsus nō erit impunitus. (est. Prouer. 19.

Testis falsus peribit. Testis iniquus, deceptor Prouer. 21.

Ne diligatis falsum iuramentum, quoniam Zacharię 8. *hæc omnia odi, inquit Dominus omnipotens.*

Ieremiæ 9. *Veritatem non loquentur. Lingua eius didicit loqui mendacium.*

Basilij. *Improbitatis extremus finis est mendacium. Lapsus à veritate, primatio visus est in mente, & obcæcatio.*

Theologi. *Verum quidem vnũ est, mendacium autem multiplex.*

Chrysostomi. *Facilè capitur improbitas, & vndiq; per se-* (ipsam implicatur.

Veritas terram reliquit. Calumniatores vendunt mendacium, decipiendo se inuicem iuramenta consumunt, non aliter quàm iurando solùm Dei memores.

Isidori Pelusiotæ. *Mendacium ab initio dictũ magis persuadet, quàm posteriori sermone indicata veritas.*

Philonis. *Non potest firmam fidem facere, cuius testimonium per se non est sufficiens, sed alieno patrocinio indiget.*

Scuetiani. *Mendacium est imaginatio quædam circa non ens in animo oborta, tanquam subsistat id quod non est.*

Mendacium quando fidem facere voluerit, nisi veritatis apparentis fundamentum fixerit, non persuadebit.

Charicles. *Bonum est aliquando mendacium quoque, cùm ita iuuat mentientes, vt interim audientes non lædat.*

DE ADVLATIONE, SERMO LXIIII. Ex Io. Stobæo.

Posidippi. *ANtehac omnes pallium, vt coniicio, nõ me, Salutabant. Iam enim ne vnus quidẽ mecum loquitur.*

Cirin. *Quicunq; omnis in gratiam amicis*
Agens conuersatur, præsens gaudium
Odio commutat in posterum.

Euripidis in Erechtheo. *Amicos qui nihil tibi verbis indulgeant*
Comparato. Qui verò vt complaceant, & delectent te, (excludito.
Verba faciunt, eos tanquam malos præ foribus

Zenonis. *Argue teipsum, quisquis es, nihil ad gratiam*
Audito, neq; assentatores libertate loquendi pri-

Euripidis in Iphigenia. *Boni cùm laudantur, quodammodo* (na.
Odio laudantes habent, si præter modum id fe-

Eiusdem in Oreste. *Etiam laus nimia onus est.* (cerint.

Nicolai. *Parasitorum genus ô viri inuenit*
Ioue prognatus, vt aiunt, Tantalus.
Cùm autem arte non rectè vti sciret,
Intemperantẽ linguã habuit: deinde ingratam
Compulsus in sedẽ, quæ fame ipsum cruciaret,
A prisi ina mensa subitò reiectus est.
Repentè autem ictus in medium ventrem,
Omnia sursum & deorsum confundi putauit.
Siphylum quoq; fama est hoc modo pessum iisse, (ras
Idq; bono iure. Phryx enim cùm esset, non pote-
Nutrientis ipsum dicendi libertatem rectè fer-
re. (bus
Propter tale vitium igitur, quod modis omni-

Ἀλήθειαν μὲν λαλήσωσι· μεμάθηκεν ἡ γλῶσσα αὐτῶν λαλεῖν ψεῦδος.

Ἕκαστος ὅρος τῆς πονηρίας ἐστὶ τὸ ψεῦδος· τῆς ἀληθείας ἀπόπτωσις, ἀορασία ἐστὶ καὶ τύφλωσις.

Τὸ μὲν ἀληθὲς ἕν, τὸ δὲ ψεῦδος πολυμιδές.

Εὐάλωτον ἡ πονηρία, καὶ πάντοθεν ἑαυτῇ ἐπιπλέουσα.

Ἡ ἀλήθεια τὴν γῆν κατέλιπεν. οἱ συκοφάνται τὸ ψεῦδος πιπράσκουσιν, ἀλλήλους ψευδόμενοι τοὺς ὅρκους ἀπάλλωσαν, εἰς τὸ ὀμνύειν καὶ μόνον τὸν Θεὸν ἐπιτηδεύοντες.

Τὸ ψεῦδος τοῖς μὲν πρώτοις λεχθὲν, πλείονα πίστιν ἔχει παρὰ τὸ δεύτερον λόγῳ δεικνυμένῳ ἀλήθειαν.

Τὸ μὴ ἑαυτὸν μάρτυρα ἱκανὸν, τῆς δὲ ἀφ' ἑτέρου χρῄζον σωτηρίας, ἀβέβαιον εἰς πίστιν.

Ψεῦδός ἐστι φαντασία τις περὶ τὸ μὴ ὂν ἐγκειμένη τῇ διανοίᾳ, ὡς ὑφεστῶτος τοῦ μὴ ὑπάρχοντος.

Τὸ ψεῦδος ὅταν δόλῳ πίστιν διώκῃ, ἐὰν μὴ πίστιν ἡμίλιον δοκούσης ἀληθείας, οὐ πείσει.

Καλόν γάρ ποτε καὶ τὸ ψεῦδος, ὅταν ὠφελοῦν τοὺς λέγοντας, μηδὲν καταβλάπτῃ τοὺς ἀκούοντας.

ΠΕΡΙ ΚΟΛΑΚΕΙΑΣ, Λόγος ξδ'.

ΤΗν χλανίδα πάντες, ὡς ἔοικεν, οὐκ ἐμὲ προσεκήρυττον. νῦν δὲ εἷς καὶ μόνος μοι λαλεῖ.

Ὅστις δὲ τοῖς φίλοις πάντα πρὸς χάριν προσάντων ὁμιλεῖ, τὴν παρ' αὐτοῖς ἡδονὴν ἕλκυσε καθίστησ' εἰς τὸν ὕστερον χρόνον.

Φίλους δὲ τοὺς μὴ χαλῶντας ὁπόσα λέγεις, κέκτησο. τοὺς δὲ πρὸς χάριν σοὶ ἡδονῇ τῇ σῇ πονηρὰς, κλῆθρον εἰργέτω τάχος.

Ἔλεγχε σαυτὸν ὅστις εἶ, μὴ πρὸς χάριν ἄκου, ἀφαιροῦ δὲ κολάκων παῤῥησίαν.

Αἰνέμενοι γὰρ οἱ ἀγαθοὶ, ἔφην ποτὲ μισοῦσι τοὺς αἰνοῦντας, ἐὰν αἰνῶσ' ἄγαν.

Βάρος πᾶσι καὶ τόδ' ἐστὶν, αἰνεῖσθαι λίαν.

Τὸ πᾶν πρόσωπον ἄνδρες ἔξυρε λῴον

Διὸς πεφυκὼς, ὡς λέγουσι, Τάνταλος.

ὁ δυνάμενος δὲ τῇ τύχῃ χρῆσθαι καλῶς, ἀκόλαστον ἔχει γλῶσσαν, εἶτ' ἀκούσῃ δίφρον πρόσεισιν δυναμένῳ λιμὸν ποιεῖν, εἶτα τῆς βαπτίσης ὀξαπίνης ἀπεστράφη.

ἄφνω δὲ πληγὴς εἰς μέσην τὴν γαστέρα ἔδοξεν αὐτῷ γεγονέναι τ' ἄνω κάτω.

Σίπυλόν τε τοῦτον αἰτιᾶσθαι τὸν ἔπος, καὶ μάλα δικαίως. φρυὲ γὰρ ὤν, οὐκ ἰκανὸς ἦν τὴν τοῦ βέλτιστος δ' φέρειν παῤῥησίαν.

διὸ δὴ τοιαύτης πάντελῶς καὶ ἐξίας

ὁ τοῦς

ἐν τοῖς βίοις πᾶσι δὲ πᾶσιν ἐζηλωμένης,
πικρῶς * ἐκπλῆξαι βούλομ' (εἰ σὺ μὴ Διὰ
παῤῥησίας μοι δῶτε) τοὺς ἀσυμβόλους,
τἀλλότρια δειπνεῖν ἑλομένους αἰεί ποτε.
τί γὰρ μαθὼν εἶ θέλοις ποτ' ἂν τῶν δαιμόνων
βούλῃ προσιτεῖν; ἢ τί τῶν ἐν τῷ βίῳ
ξυνῆκας, εἰπέ μοι, ἄξιον γὰρ εἰδέναι.
τίνος μαθητὴς γίγνεσθαι; αἵρεσιν τίνα
* κλοῖς; ἀπὸ τίνων δογμῶν ὁρμώμενος
τολμᾷς προσιτεῖν; ἃ μέλλεις ἡμεῖς τὸν βίον
πρώτα κατατείναντες, οὐδὲ πω ἔτι
αἰεὶ γεμίζειν δυνάμεθα τὴν ὕστερον ἰδεῖν,
ἀφ' ὧν τρώγω, ἀφ' ὧν τ' ἀλλότρια μεστούμενος.
ὁ πρώτιστος αἰδοῦς ὅπως βάπτεται ἔσθ' ὁ πλοῦς.
πλουτεῖν ἔχων * προφάσεσι τοιούτοις δεῖ,
προσώπου ἰταμοῦ, χρῶμα ἀφυβρίστου, γνάθου
ἀκάματον, ἧς δυνάμενος πλαγὰς φέρειν.
στοιχεῖα μὲν ταῦτ' ἐστὶ τῆς ὅλης τέχνης.
ἔπειτα δεῖ σκωπτόμενον ἐφ' ἑαυτῷ γελᾶν.
αἰσχρὸν γὰρ οἴμοι δοῦλον εἶναι σκώμματος.
ἀπὸ τῶν ἑτῶν κλέπτῃ τις, ἢ καὶ βλάπτεται
ἥλων καλὸς εἶναι, καὶ παρ' ἡλικίαν τοσοῦ.
ἔστω Γανυμήδης οὗτος ἀποδεδειγμένος.
πρὸς χάριν ὁμιλεῖν τῷ μέθυοντος ἐστ' ὀλέθριον.
παρέπεται τις, καὶ * ποιεῖ πάντας νεκρούς
δείπνου, σιωπῇ τοῦτον ὑπομυκτηρίσας
εἰς τὴν βάπτεσθαι, καὶ σὺ τὴν χολὴν ἄφες.
οἴμοι δ' ἐμαυτὸν δοῦλον * τοῖς πράγμασι,
παῖδες, γεγονέναι. πρώτα γὰρ πρόσεστί μοι
ὅσα ᾧ ἔχθιστ' ἀλλότρια τὸν δειπνοῦντα δεῖ,
λιμός, ἀπόνοια, τόλμα, γαστήρ, ὀργία.
καὶ νῦν μ' ὁ Λυδῶν τῶν πολυχρύσων ἄναξ
σὸν δεῖπνον ἐαυτῷ κέκρικεν εἶναι φίλον.

Εὐλογέειν ὅτι καλοῖς ἔργμασι, καλόν, ὃ δ' ὅτι φλαύροισι, κἀδόκιμον, καὶ ἀπατεῶνος ἔργον.

Τὰ μὲν ξύλα ὁ πῦρ αὔξοντα, ὑπ' αὐτοῦ καταναλίσκεται. ὁ δὲ πλοῦτος ἀνδρῶν τοὺς κόλακας, ὑπ' αὐτῶν τούτων ἀφανίζεται.

Οἱ δελφῖνες μέχρι τοῦ κλύδωνος συνδιαπλέουσι τοῖς κολυμβῶσι, πρὸς δὲ ξηρὸν οὐκ ἐξοκέλλουσιν. οὕτως οἱ κόλακες τὸ μέσον πρὸς ἡμῶν, ὡς καὶ οἱ τοὺς φίλους εἰς ἀποδημίαν προπέμποντες, μέχρι τ' λείας συμπαρακολουθοῦσιν· ἐπὶ δὲν δ' εἰς τραχεῖαν ἔλθωσιν, ἀπιᾶσιν.

Εἰ δὲ οὐκ ἀξιόπιστος ἔπαινος, ὃν ἐπαινῇ τις ἕτερον, ἀφ' ὧν ἑαυτῷ συμφέρει.

Ὡς ᾧ ὁ Ἀχαιὸς ὑπὸ τῶν προμνώντων ὑπ' αὐτοῦ

Omnes in vita æmulantur, & cupiunt,
Acerbè volo reprehendere (si modò per Iouem * ἐκπλῆξαι.
Liberè mihi loqui per vos liceat) homines qui
sine symbolo comessantur,
Et qui sine labore aliena deglutire proponunt.
Quidnam bone vir, obsecro te, didicisti,
Quòd parasitum agere velis? Aut quidrei in
vita humana
Calles? Dicito, dignum est enim scitu.
Cuius fuisti discipulus? quam sectam
Profiteris? à quibus placitis incipiens * ἄλλ.
Audes parasitus esse? At egrè nos qui vitam
Omnem contriuimus, ne nunc quidem adhuc
Apertas possumus intueri fores,
Propter eos qui suprà sunt, qui deuorant aliena.
Non cuilibet ad mensam nauigare licet.
Oportet enim vt illi primùm habeant * πρώτιστον ἐν τέτοισι δεῖ.
Faciem impudentem, colorem stabilem, maxillam
Indefessam, quæ continuò possit alapas sustinere.
Hæc quidem elementa sunt totius artis.
Deinde si illudatur, de seipso rideat opus est.
Turpe autem puto seruire dicteriis.
Minorem natu fingit esse, aut offenditur,
Dum studet elegans haberi, & prater ætatem ægrotat.
Ille Ganymedes esto inter Deos relatus.
Ad complacendum conuersatur in alentis perniciem. * βλαπ.
Si quis turbetur, statim omnes exanimat
In conuiuio. Alterum tacitè subsannans.
In mensa, & tu, inquit, bilem dimitte.
Opinor autem me idoneum ad hæc negotia, * τῷ πράγματι.
Opueri, natum esse. Adsunt enim mihi omnia,
Quæcunq; habere oportet, aliena comessantem:
Nempe fames, vecordia, audacia, venter, ocium.
Et nunc me rex Lyderum abundantium auro
Amicum esse conuiuam sibi decreuit.

Rectè facta collaudare, honestum est: mala verò laudibus vehere, adulterini animi ac impostoris est. Democritii.

Ligna dum augent ignem, ab ipso consumuntur. Opes dum alunt adulatores, ab eis ipsis pereunt. Ex Aristonymi Tomar.

Delphini quousque vnda subest, comitantur natantes, in litus verò nunquam egrediuntur. Sic adulatores in sereno rerum statu manent. Sicut qui amicos ad peregrinationem euntes, dum via plana est, deducunt: cùm asperior incipit, recedunt. Sotionis in libro de ira.

Non fidem meretur ea laus, qua quis alium, sui commodi gratia, prosequitur. Phauorini.

Quemadmodum Actæon ab alumnis suis ca- Eiusdem.

*κατεδύσει. nibus interÿt: sic parasiti eos à quibus aluntur, pessundant.

Theodori ὑπὲρ ἀπαιδευσίας. *σωπῶν. Ingressus ad ipsam frequens erat, alÿs morum simplicitatem probantibus, alÿs aliquare indigentibus: plurimis verò pro more et ingenio vulgo hominum peculiari affectu, qui homines diuites ceu spectaculum quoddam eximium mirati, ad ipsorum ianuas tempus terunt, etsi nihil inde laturi sint commodi.

Diogenis. In assentatione, veluti sepulchro quopiam, solum amicitiæ nomen inscriptum est.

Isocratis ad Demonicũ. Adulatores vt impostores odio habeto. Creditores enim vtrig, in re quanis sibi credita fallũt.

Crates parasitos συγκαταινοσιφάγους appellabat, quasi quis Latinè connuepulones dixerit, quòd omniũ facilè dictis inter epulas annuant.

Antisthenes satius esse ait, in corvos, quàm parasitos incidere. Hi enim viuentis animum corrumpunt, illi solùm mortui corpus.

Pythagoræ. Gaudendum potiùs redarguentibus, quàm assentantibus, quos etiam hostibus deteriores existimare & refugere oportet.

Antisthenes aiebat, vt meretrices bona omnia præter mentem & prudentiam suis amatoribus imprecantur: eodem modo adulatores, ijs quibus cum agunt.

Crates ad opulentum adolescentem, quem parasitorum comitabatur turba: Adolescens, dixit, miseret me tuæ solitudinis.

Socratis. Adulatorum benevolentia tanquam tergo hostibus dato, fugit infortunia.

Eiusdem. Lepores quidem canibus venatores capiunt: multi autem stolidos laudibus irretiunt.

Eiusdem. Lupi cùm sint canibus similes, assentatores amicis, diuersa tamen studia sequuntur.

Eiusdem. Similis est adulatio panoplię pictæ, ideoq, delectationem quidem, sed vsum nullum præstat.

Platonis in epistola ad Dionysium. Videbam id temporis, & adhuc video, magnas & immensas opes, tum priuatorum hominum, tum monarcharum, ferè quo fuerint abundantiores, eo plures maioresq, calumniatores alere, & voluptatem turpi damno confusam machinantes, quo nihil deterius diuitiæ, aliæq, potentiæ generant.

*Nunc verò cùm homo quispiam existens ignoret bonos homines & malos, nónne sui ipsius etiam ignarus erit bonús ne sit an malus? Admuit. Seipsum ignorare, sapere an desipere est? Desipere. Seipsum itaq; nosse, sapere est? Est, inquit. Hoc igitur, vt videtur, & inscriptio quæ in Delphis est, præcipit, prudentiam scilicet & iusticiam colere. Apparet. Hæc eadem & rectè cohibere scimus. Admuit. Qua ergo rectè cohibere scimus, ea vtique iustitia est: qua verò & nos ipsos, & alios dignoscere possumus, prudentia. Videtur. Eadem igitur est iustitia atque prudentia. Apparet. Quinetiam ciuitates tunc optimè gubernantur, cùm iniusti dant pœnas. Vera narras.

*Tum Socrates: Dic mihi ô Euthydeme, ait, fuisti ne vnquam apud Delphos? Et bis, inquit, mehercle. Considerasti itaque, ait, in templo scriptam illam diuinam sententiam, Cognosce teipsum? Ita, inquit. Vtrum, ait, nihili illam fecisti, an conatus fuisti teipsum qualis nam sis, considerare? Non, inquit, mehercle: putabam enim bene hoc scire. Nam si meipsum ignorarem, quid aliud scirem? Vtrum autem seipsum ille cognoscere tibi videtur, qui nomen suum solum nouit? an ille qui seipsum considerat, qualis nempe sit, quantúmq; in rebus humanis ac vsu earum valeat? Quemadmodum illi qui equos emunt, non antea putant se cognoscere equum, quem nosse cupiunt, quàm animaduertant vtrum bene domitus an effrenis, fortis an debilis, citus an tardus sit, ac in aliis quó nam modo se habeat, in quibus equum valere oportet. Sic mihi videtur, inquit, vt tibi. qui nanque se, quantum valeas, nescit, seipsum ignorat. At Socrates, Hoc quoque manifestum est, inquit, quòd propter sui scientiam homines multorum bonorum, sicut propter ignorantiam multorum malorum causa fiunt. Qui nanque se cognoscunt, quæ sibi conueniant, sciunt, ac discernunt quænam efficere possunt, quæ minùs: proinde quæ sciunt, agentes, comparant ea sibi, quibus indigent, & fœliciter viuunt. Rursus abstinentes ab ignoratis,

Xenophontis lib. 4. de dictis & factis Socratis.

*ἀγαθῶν.

nec in aliquo peccant, nec malè agunt. Quinetiam cùm posſint alios quoque iudicare, per ipſorum commoditatem ſibi conſulunt, & à malis cauent. Qui verò ſe quantum valeant, ignorant, ineptè ſe habent, & aduerſus cateros homines, & ad res humanas, nec quibus indigeant ſciunt, neque quid agant, neque quibus vtantur: ſed his omnibus fruſtrati, bonis priuantur, atque in mala incidunt: & illi quidem, qui ſciunt quid agant, cùm res quas velint obtineant, honoribus afficiuntur. Itaque tum illi qui eis ſimiles ſunt, libenter eis vtuntur: tum illi qui rebus propoſitis fruſtrantur, cupiunt eos conſulere, ac ſibi eos præficiunt, ſpémque totam ſuam in eis collocant, maximéque eos propterea diligunt. Qui verò ignorant quid agant, fruſtrati à repropoſita, non ſolùm damnum & iacturam patiuntur, ſed etiam in ignominiam incidunt atque deriſum, neglectique viuunt, atque contempti. Vides autem etiam ciuitates quacunque ſua conditionis ignaræ fortioribus inferunt bellum, alias depopulari, alias amiſſa libertate ad ſeruitutem redigi? Tunc Euthydemus, Velim, inquit, ô Socrates, ſcias valde mihi videri magnificiundum eſſe, ſeipſum cognoſcere. Sed vnde nam incipere deceat hominem ſeipſum conſiderare, hoc mihi exponas. Illa quidem, Socrates ait, quæ bona, quæve mala ſunt, vtique ſcis. Ita, inquit, me hercle. Si enim nec iſta cognoſcerem, mancipijs etiam profectò deterior eſſem. Age igitur, ait, mihi quoque ea exponas. Non difficilem rem quæris, inquit. Primùm namque ipſum ſanum eſſe, bonum: ægrum autem, malum puto. Deinde cauſas vtriuſque eorum, vt cibum, potum, exercitia, & reliqua quæ ad ſanitatem conducunt, bona: quæ verò ad ægritudinem, mala. Ipſum quoque igitur, ait, ſanum & ægrum eſſe, cùm cuiuſdam boni cauſa ſiunt, bona: cùm verò mali, mala ſint neceſſe eſt. Et quando, Euthydemus inquit, aut ſanitas eſſe cauſa mali, aut ægritudo boni poteſt? Cùm, inquit, mehercle turpis exercitus, aut nauigationis noxia, caterorumq; multorum ſimilium, hi quidem participes facti ab bonam valetudinem corporis pereunt: alij verò abſtinendo ab eis propter infirmitatem ſalui manent. Ita dicis, inquit, vt res eſt. Sed vides quòd etiã vtilium rerum hi quidem ob valetudinem corporis participes ſunt: hi verò non, propter infirmitatem. Hactenus, ait, cùm modò proſint, modò obſint, non magis bona, quàm mala ſunt. Non, inquit Euthydemus, mehercle. Sed ſapientia tamen, ô Socrates, abſque dubio bonum eſt. Quidnam non melius

ἀναμάρτητοι γίγνονται, καὶ ἥκιστα ἀφαμαρτάνουσι τοῦ καλῶς πράττειν. Ἔτι δὲ καὶ τοὺς ἄλλους δυνάμενοι δοκιμάζειν, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων χρείας, τά τε ἀγαθὰ παρέχονται, καὶ τὰ κακὰ φυλάττονται οἱ μὴ εἰδότες, ἀλλὰ διεψευσμένοι τὸν αὐτὸν δυνάμεως, πρός τε τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, καὶ πάλλα ἀνθρώπινα πράγματα ὁμοίως ἔχουσι, καὶ ἅττα ὧν δέονται ἴσασιν, ἅττα ὄντα, τί ποιοῦσιν, ἅττε πάσχουσιν, οἷς χρῶνται, ἀλλὰ πάντων τούτων ἁμαρτάνοντες, τῶν τε ἀγαθῶν ἀποτυγχάνουσι, καὶ τοῖς κακοῖς περιπίπτουσι. καὶ οἱ μὲν εἰδότες ὅ, τι ποιοῦσι, ἐπιτυγχάνοντες ὧν πράττουσι, εὐδόξοί τε καὶ τίμιοι γίγνονται· καὶ οἵτε ὅμοιοι τούτοις ἡδέως χρῶνται, οἵτε ἀποτυγχάνοντες τῶν πραγμάτων ἐπιθυμοῦσι τούτους ἐπ' αὐτὰ βουλεύεσθαι, καὶ περίεσθαί τε ἑαυτῶν τούτους, καὶ ἐλπίδας τῶν ἀγαθῶν ἐν τούτοις ἔχουσι, καὶ διὰ ταῦτα πάντων μάλιστα τούτους ἀγαπῶσιν. οἱ δὲ μὴ εἰδότες τί ποιοῦσι, κακῶς τε αἱρούμενοι, καὶ οἷς αὖ ἐπιχειροῦσιν ἀποτυγχάνοντες, ἃ μόνον ἐν αὐτοῖς τούτοις ζημιοῦνταί τε καὶ κολάζονται, ἀλλὰ καὶ ἀδόξοι διὰ ταῦτα καὶ καταγέλαστοι γίγνονται, καὶ καταφρονούμενοι, καὶ ἀτιμαζόμενοι ζῶσιν. ὁρᾷς δὲ καὶ τὰ πόλεων, ὅτι ὅσαι αὖ ἀγνοήσασαι τὴν ἑαυτῶν δύναμιν χρείττοσι πολεμήσωσιν, αἱ μὲν αἱρέσιμαι γίγνονται, αἱ δὲ ἐξ ἐλευθέρων δοῦλαι· καὶ ὁ Εὐθύδημος, ὡς πάνυ μοι δοκεῖς, ὦ Σώκρατες, ἔφη, περὶ πολλοῦ ποιητέον εἶναι, τὸ ἑαυτὸν γνωσκειν. * ἅττως ἴσθι. ὁπόθεν μὲν γὰρ ἀρξάμενος ἐπιχειρεῖν ἑαυτόν, τὸ πρὸς σὲ ἀποβλέπων, εἴ μοι ἐθελήσας αὖ ἐξηγήσαιο. Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Σωκράτης, τὰ μὲν ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ ὁποῖά ἐστι, πάντως που γιγνώσκεις νὴ Δί', ἔφη. εἰ γὰρ μηδὲ ταῦτα οἶδα, καὶ τῶν ἀνδραπόδων φαυλότερος αὖ εἴην. Ἴθι δὴ, ἔφη, καὶ ἐμοὶ ἐξήγησαι ταῦτα. Ἀλλ' ὑ χαλεπὸν, ἔφη. πρῶτον μὲν γὰρ τὸ ὑγιαίνειν ἀγαθὸν εἶναι νομίζω. τὸ δὲ νοσεῖν κακόν. ἔπειτα τὰ αἴτια ἑκατέρου αὐτῶν καὶ ποτὰ, καὶ βρωτὰ, καὶ ἐπιτηδεύματα, τὰ μὲν πρὸς τὸ ὑγιαίνειν φέροντα, ἀγαθά· τὰ δὲ πρὸς τὸ νοσεῖν, κακά. Οὐκοῦν, ἔφη, καὶ τὸ ὑγιαίνειν καὶ τὸ νοσεῖν, ὅταν μὲν ἀγαθοῦ τινος αἴτια γίγνηται, ἀγαθὰ αὖ εἴη· ὅταν δὲ κακοῦ, κακά; πότε δὴ αὖ, ἔφη, τὸ μὲν ὑγιαίνειν κακοῦ αἴτιον γίγνοιτο, τὸ δὲ νοσεῖν ἀγαθοῦ; ὅταν νὴ Δί', ἔφη, γραπιάς τε αἰσχράς, καὶ ναυτιλίας βλαβερὰς, καὶ ἄλλων πολλῶν τοιούτων, οἱ μὲν δι' ἀφροσύνην μεταλαμβάνοντες ἀπόλωνται, οἱ δὲ δι' ἀνδρίαν ἀποληφθέντες σώζωνται). ἀληθῆ λέγεις. Ἀλλ' ὁρᾷς, ἔφη, ὅτι καὶ τῶν ὠφελίμων, οἱ μὲν διὰ ῥώμην μετέχουσι, οἱ δὲ δι' ἀσθένειαν ἀπολείπονται. Ταῦτα οὖν, ἔφη, ποτὲ μὲν ὠφελοῦντα, ποτὲ δὲ βλάπτοντα, μᾶλλον ἀγαθὰ ἢ κακά ἐστιν. Οὐδὲ μὰ Δία Φαίνεται κατά γε τοῦτον τὸν λόγον. Ἀλλ' ἦ γε τοι σοφία, ὦ Σώκρατες, ἀναμφισβητήτως ἀγαθόν ἐστιν. ποῖον γὰρ ἄν τις πρᾶγμα ἀμείνον πράττοι

πρεσβύτοι σοφὸς ὤν, ἢ ἀμαθής; τί δαί, τὸν Δαίδαλον, ἔφη, οὐκ ἀκήκοας, ὅτι ληφθεὶς ὑπὸ Μίνω διὰ τὸ σοφὸς εἶναι ἠναγκάζετο ἐκείνῳ δουλεύειν, καὶ τῆς τε πατρίδος ἅμα καὶ τῆς ἐλευθερίας ἐστερήθη, καὶ βιαζόμενον ἀποδιδράσκειν μετὰ τοῦ υἱέος, τόν τε παῖδα ἀπώλεσε, καὶ αὐτὸς οὐκ ἠδυνήθη σωθῆναι, ἀλλ' ἀπενεχθεὶς εἰς τοὺς βαρβάρους, πάλιν ἐκεῖ ἐδούλευε; λέγεται γὰ δαί, ἔφη, ταῦτα. τὰ δὲ Παλαμήδους οὐκ ἀκήκοας πάθη; τοῦτον γὰρ δὴ πρὸ τοῦ διὰ τὸ σοφὸς εἶναι φθονηθεὶς ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως ἀπόλλυται; λέγεται καὶ ταῦτα, ἔφη. ἄλλους δὲ πόσους οἴει διὰ σοφίαν * ἀναπείσειν τοὺς βασιλέα γενέσθαι, καὶ οὐ δουλεύειν; κινδυνεύει, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἀναμφιλεγώτατον ἀγαθὸν εἶναι τὸ εὐδαιμονεῖν. εἰ γάρ τις αὐτὸ, ἔφη, ὦ Εὐθύδημε, ἐκ ἀμφιλέγων ἀγαθῶν συνθείη. τί δ' αὖ, ἔφη, τῶν εὐδαιμονικῶν ἀμφίλογον εἴη; σοὶ δοκεῖ, ἔφη, εἴ γε μὴ προσθήσομεν αὐτῷ καλλὸς, ἢ ἰσχὺν, ἢ πλοῦτον, ἢ δόξαν, ἢ καὶ τί ἄλλο τῶν τοιούτων. ἀλλὰ νὴ Δία προσθήσομεν, ἔφη. πῶς γὰρ αὖ τις ἄνευ τούτων εὐδαίμων εἴη; νὴ Δί', ἔφη, προσθήσομεν ἔγωγε. ἐκ τούτων πολλὰ καὶ χαλεπὰ συμβαίνει τοῖς ἀνθρώποις. πολλοὶ μὲν γὰρ διὰ τὸ κάλλος ὑπὸ τῶν ὑβριστῶν διαφθείρονται. πολλοὶ δὲ διὰ τὴν ἰσχὺν μείζοσιν ἔργοις ὑβριστοῦντες, ὑπὸ μικροῖς κακοῖς περιπίπτουσι, πολλοὶ δὲ διὰ τὸν πλοῦτον ἐπιβουλευόμενοί τε καὶ ὑβριζόμενοι, ἀπόλλυνται. πολλοὶ δ' ἐπὶ δόξαν καὶ πολιτικὴν δύναμιν, μεγάλα κακὰ πεπόνθασιν. οὐκ ἄρα μοι, ἔφη, εἴη γε μηδὲ τὸ εὐδαιμονεῖν ἐπαινῶν ὀρθῶς λέγω, ὁμολογῶ μηδὲ ὅτι προσῆκε τοὺς Θεοὺς εὔχεσθαι ἐγὼ εἰδέναι. οὐκ ἄρα μοι, ἔφη ὁ Σωκράτης, ἴσως ἐκ τὸ σοφρόνα πιστεύειν εἰδέναι * ὑ διέσκεψαι.

Τῆς δὴ αὖ πάσης πονηρίας ἕξις τἀναντίον πάθος ἔχει, ἣ τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν ἐν Δελφοῖς γραμμάτων. τὸ γνῶναι σαυτὸν, λέγεις, ὦ Σώκρατες; ἔγωγε. τἀναντίον μὲν οὖν ἔοικε δηλοῦσθαι, τὸ μηδαμῆ γινώσκειν αὐτὸν, λεγόμενον ὑπὸ τοῦ γράμματος αἰεὶ εἶη. τί μοι; ὦ Πρώταρχε, πειρῶ δὴ αὐτὸ τοῦτο τριχῆ διαιρεῖν. πῇ φῄς; ἐγὼ μὲν δυνατὸς ὦ. λέγεις δὴ δεῖν ἐμὲ τοῦτο διελέσθαι τὰ νῦν. λέγω καὶ δέομαί γε τοῦ λέγειν. ἆρ' οὖν ὑπὸ τῶν ἀγνοούντων αὐτοὺς ἔστι τοῦτο τὸ πάθος πάσχειν ἐκ τρόπου; πῶς; πρῶτον μὲν κατὰ χρήματα δοξάζειν τινὰς πλουσιώτερον, ἢ ἔστιν αὐτῶν οὐσία. πολλοὶ γοῦν εἰσι τοιοῦτο πάθος ἔχοντες. πλείους δέ γε ἢ μείζους, καὶ καλλίους αὐτοὺς δοξάζουσι, καὶ πρῶτα ὅσα ἔστι τὸ σῶμα εἶναι προσφέροντας, τῆς ὕσης αὐτοῖς ἀληθείας. πολὺ γε. πολὺ δὲ πλεῖστοί γε, οἶμαι, καὶ τὸ τρίτον εἶδος τούτων τὸ περὶ τὰς ψυχὰς διημαρτήκασιν ἀρετῆ δοξάζοντες ἕκαστοι ἑαυτοὺς οὐκ ὄντες.

agas sapiens, quàm indoctus? Quid verò? ait. Non audisti Dedalum à Minoe propter sapientiam captum, coactum fuisse illi seruire, patria simul atque libertate priuatum? conatúmque vnà cum filio aufugere, illum quidem amisisse, se verò ipsum non liberasse? Nam ad quosdam barbaros aberrauit, ac eis ipsis seruiebat. Dicuntur hæc, inquit, mehercle. Calamitates autem Palamedis ignoras? Hunc enim propter sapientiam prædicant omnes inuidia Vlyssis interemptum fuisse. Et hoc, inquit, dici audio. Quot verò alios arbitraris propter sapientiam ad regem Persarum vi ductos ibi seruire? Apparet igitur, ô Socrates, ait, fælicitatem bonum proculdubio esse. Si quis, ait, ô Euthydeme, non illam ex dubijs bonis componat. Et quid eorum, inquit, quæ ad fælicitatem conducunt, dubium esset? Nil, ait, dum non addamus ei pulchritudinem, potentiam, diuitias, honores, aut aliud simile. Sed mehercle addemus, inquit: quónam enim pacto sine his fælix quisquam esse posit? Illa addemus itaque, Socrates ait, è quibus multa hominibus atque periculosa eueniunt? Multi nanque propter pulchritudinem ab illis perduntur, qui pulchros venantur. Multi confisi potentia, maiora quàm possint facere conati, in multa incidunt pericula. Multi propter diuitias molles effecti & pigri, insidijs pereunt. Nonnulli propter honores ac ciuilem potentiam multa passi sunt. Tum Euthydemus: Si neque cùm fælicitatem laudo, rectè existimo, fateor nec id scire, quid à Dijs petendum sit. At hæc nimirum, Socrates inquit, propterea quòd prorsus tibi cognita putabas, non considerasti.

* ἀναπείσειν.

† ἀλλ' ἴσως.

Ex Philebo Platonis, quid ignorantia.

Est vtique summatim depranatio quædam habitus alicuius cognomento dicta: improbitatis verò vniuersæ genus quoddam est, contrà prorsus habens, quàm Delphica præcepta docent. Præceptum hoc inquis, ô Socrates, Nosce teipsum? Aio. Oppositum huic esset, si fortè præciperetur, Nullo modo teipsum nosce? Esset. O Protarche, conare nunc id trifariam distribuere. Dic tu: ego enim nequeo. Ais ergo, me nunc istud diuidere oportere. Aio equidem, & quod maius est, obsecro. Nónne quisque ex ijs qui seipsos ignorant, secundum tria id necessariò patitur? Quomodo? Primò enim secundum pecunias, opulentiorem quippe, quàm sit, aliquando seipsum existimat. Multi quidem ita decipiuntur. Plures etiam, qui maiores, formosiorésque se putant, & quacunque corpus attinent, suprà quàm reuera sunt. Plures profectò. Plurimi denique, qui animi dotes maiores quàm habeant, habere se putant.

Maximè. Quantum verò ad virtutes animi, nónne vulgus ſapientiam prorſus ſibi vendicans, plenum eſt contentionibus, falſaq; ſcientiæ ipſius opinione? Quid ni? Si quis ergo affectionem illam omnem malum quiddam vocarit, rectè nimirum appellabit. Maximè.

* καὶ ψεύδους.

Platonis in primo Alcibiade.

Age quid eſt ſeipſum curare? ne ſæpe nos ipſos fallamus, non curantes noſmetipſos, cùm belle curare putemus. Et quando id homo facit, num quotiens ſuorum, totiens & ſui curam habet? Mihi videtur. Quid? Num pedes tum quis curat, cùm ea quæ pedum ſunt, curat? Non intelligo. Dicísne eſſe aliquid ipſius manus, quemadmodum annulus eſt? Dico. Num alterius membri quàm digiti annulum eſſe cenſes? Minimè. Et pedis calceum eodem modo? Ita. Cùm calceorum curam gerimus, num & pedum cura eſt? Haud ſatis te teneo, ô Socrates. Quid verò, ô Alcibiades, vocásne aliquid rectam alicuius curationem? Voco. An non cùm quid melius ſit, tunc rectè curatum dicis? Dico. Quæ ars calceos meliores efficit? Cerdonica. Cerdonica igitur calceorum curam habemus? Hac ipſi. Nunquid & pedes etiam cerdonica? vel ipſa potiùs, qua pedes reddimus meliores? Illa. Pedes autem meliores non ne qua & reliquum corpus? Videtur. Hac nónne gymnaſtica? Maximè. Ergo gymnaſtica pedes curamus, cerdonica verò illa quæ pedum ſunt. Prorſus. Et gymnaſtica quoque manus, annularia verò illa quæ ſunt manuum. Sic eſt. Et gymnaſtica corpus: textoria autem & alys facultatibus, ea quæ corporis ſunt. Omnino. Alia igitur arte unumquodque, alia qua illius ſunt, curamus. Videtur. Non ergo cùm ſua quis, tunc etiam ſe curat. Nullo pacto. Non enim eadem ars, vt videtur, quæ nos, & quæ noſtra curat. Non apparet. Age itaque, quánam arte noſmetipſos curare poſſumus? Non habeo quid dicam. At hoc inter nos conuenit, quòd non qua noſtrorum aliquid melius efficimus, nos curamus: verùm qua nos ipſos ad meliorem frugem corrigimus. Vera narras. Noſſe ne unquam licet quæ ars meliorem facit calceum, niſi calceum ipſum nouerimus? Fieri nequit. Neque etiam quæ annulum efficit meliorem, ignorantes annulum. Verum. Sciemúsne unquam qua arte meliores euadamus, quamdiu nos ipſos ignoramus? Nunquam. Vtrum facile quiddam ſit ſeipſum cognoſcere, ac ridiculus fuerit, qui templo Apollinis id inſcripſit, an potiùs arduum quippiam, nec cuiuſuis hominis eſt? Mihi quidem ô Socrates, aliquando viſum eſt facile & cuiuſuis eſſe, nónunquam verò omnium difficillimum. Sed ſiue facile hoc ſit ô Alcibiades, ſiue difficile, nobis ſanè ſic ſe habet, vt hoc intelligentes,

Non eſt in Probeniano quod ſuccedit parentheſi.

σφόδρα μὲν οὖν τῷ ἀρετῷ δ' ἄρα, ὦ σοφίας ἐκεῖ ὁ πλῆθος πᾶν ἀντιχόμενον, μεστὸν ἐρίδων, καὶ δοξοσοφίας ὄν; * ψευδοῦς; πῶς δ' οὔ, καλὸν μὲν δὴ πᾶν ἄν τις ὃ τοιοῦτον εἴποι, ὀρθῶς ἂν εἴποι κάλος. σφόδρα γε.

Φέρε δὴ τί ἐστι τὸ ἑαυτὸν ἐπιμελεῖσθαι; μὴ πολλάκις λάθωμεν ἡμᾶς αὐτοὺς ἐπιμελούμενοι, οἰόμενοι δέ. καὶ πότε ἄρα αὐτὸ ποιεῖ ἀνθρωπος, ἆρ' ὅταν τοῦ ἑαυτοῦ ἐπιμελῆται, τότε καὶ αὐτός; ἔμοιγ' οὖν δοκεῖ. τί δαί; ποδῶν αὖ ἄνθρωπος πότε ἐπιμελεῖται, ἆρ' ὅταν ἐκείνων ἐπιμελῆται ἃ ἐστι τοῦ ποδῶν; ὑ μανθάνω. καλὸς δὴ τις χειρὸς, οἷον δακτύλιον, ἔστι ὅτε αὖ ἄλλο τοῦ αὐθρώπου φαίης, ἢ δακτύλου; ὑ δῆτα. Οὐκοῦν καὶ ποδὸς ὑποδήματα τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον; ναί. * (καὶ ἱμάτια καὶ στρώματα τοῦ ἄλλου σώματος ὁμοίως; ναί) ἆρ' οὖν ὅταν ὑποδημάτων ἐπιμελώμεθα, τότε ποδῶν ἐπιμελούμεθα; ὑ πάνυ μανθάνω, ὦ Σώκρατες. τί δαί, ὦ Ἀλκιβιάδη, ὀρθῶς ἐπιμελεῖσθαι καλεῖς τὸ ὅτου οὖν τοιούτου; ἔγωγε. ἆρ' οὖν ὅταν τις τὶ βέλτιον ποιῇ, τότε ὀρθὼς λέγεις ἐπιμέλεσθαι; ναί. τίς οὖν τέχνη ὑποδήματα βέλτιω ποιεῖ; σκυτική. σκυτικῇ ἄρα ὑποδημάτων ἐπιμελούμεθα; ναί. ἦ καὶ ποδὸς σκυτικῇ, ἢ σκεπτῇ, ἢ πέδας βελτίους ποιοῦμεν; σκεπτῇ. βελτίους δὲ πόδας ὑ χεῖρ καὶ ὁ ἄλλο σῶμα; ἔμοιγε δοκεῖ. αὕτη δ' ὑ γυμναστική; μάλιστα. γυμναστικῇ μὲν ἄρα ποδὸς ἐπιμελούμεθα, σκυτικῇ δὲ τοῦ ποδός. πάνυ γε. καὶ γυμναστικῇ μὲν χειρῶν, δακτυλιογλυφίᾳ δὲ τοῦ τῆς χειρός. ναί. καὶ γυμναστικῇ μὲν, σώματος ὑφαντικῇ δὲ καὶ ταῖς ἄλλαις, τοῦ τοῦ σώματος. πάντα πάσιν. ἄλλῃ μὲν ἄρα τέχνῃ αὐτοῦ ἑκάστου ἐπιμελούμεθα, ἄλλῃ δὲ τοῦ ἑαυτοῦ. φαίνεται. Οὐκ ἄρα ὅταν τοῦ ἑαυτοῦ ἐπιμελῇ, σαυτὸν ἐπιμελῇ. ὑδαμῶς ὑ γὰρ ἡ αὐτὴ τέχνη, ὡς ἔοικεν, ἢ τις αὖ αὑτῷ τε ἐπιμελοῖτο, καὶ τοῦ αὑτῷ ὑ φαίνεται. Φέρε δὴ, ποίᾳ ποτ' αὖ ἡμεῖς αὐτοῦ ἐπιμεληθείημεν; οὐκ ἔχω λέγειν. ἀλλὰ τοσόνδε γε ὁμολογῆται, ὅτι οὐχ ἧ αὐ τοῦ ἡμετέρων καὶ ὁποιῶν βέλτιον ποιῶμεν, ἀλλ' ἧ ἡμᾶς αὐτούς. ἀληθῆ λέγεις. ἦ οὖν ἴσμεν αὖ ποτε τίς τέχνη ὑποδήματα βέλτιον ποιῇ, μὴ εἰδότες ὑποδήματα; ἀδύνατον. Οὐδέ γε τίς τέχνη δακτυλίους βελτίους ποιῇ, ἀγνοοῦντες δακτύλιον. ἀληθῆ τί δέ; τίς γε τέχνη βελτίω ποιεῖ αὐτοῦ ἆρ' αὖ ποτε γιγνόμεθα, ἀγνοοῦντες τί ποτ' ἐσμὲν αὐτοί; ἀδύνατον. πότερον οὖν αὖ ῥᾴδιον τυγχάνει ὂν γνῶναι ἑαυτὸν, καί τις ὦ φαῦλος ὁ τοῦτο ἀναθεὶς εἰς τὸν τοῦ Πυθοῖ νεών, ἢ χαλεπόν τι, καὶ ὐχὶ πάντος; ἐμοὶ μὲν, ὦ Σώκρατες, πολλάκις μὲν ἔδοξε, πάντος εἶναι· πολλάκις δὲ, παγχάλεπον. ἀλλ' ὦ Ἀλκιβιάδη, εἴτε ῥᾴδιον, εἴτε μή ἐστιν, ὅμως γε ἡμῖν ὧδ' ἔχει· γιγνόντες μὲν αὐτὸ,

μὴν αὐτὸ, τάχ' ἂν γοῦν μὴν τὴν ὀπτικὴν ἡμῖν αὐτῶν· ἀγνοοῦντες δὲ, οὐκ ἂν ποτέ. ἔστι ταῦτα. Φέρε δὴ τίν' ἂν τρόπον ἂν εὕροιμεν αὐτὸ † τοῦτο. οὕτω μὲν γὰρ ἂν τάχ' ἂν εὕροιμεν τί ποτ' ἐσμὲν αὐτοί· τούτου δ' ἔτι ὄντος ἐν ἀγνοίᾳ, ἀδύνατόν που. ὀρθῶς λέγεις. ἔχε δῆτα τοίνυν Διὸς, τῷ Σωκράτει σὺ νῦν, ἄλλῳ τῳ, ἢ ἐμοί; ναί. οὐκοῦν καὶ ἐγὼ σοί; ναί. Σωκράτης ἄρ' ἐστὶν ὁ διαλεγόμενος; πάνυ γε. Ἀλκιβιάδης δ' ὁ ἀκούων; ναί. οὐκοῦν λόγῳ διαλέγεται ὁ Σωκράτης; τί μήν; ὃ δὲ διαλέγεσθαι, καὶ τῷ λόγῳ χρῆσθαι, ταὐτόν που καλεῖς; πάνυ γε. ὁ δὲ χρώμενος καὶ ᾧ χρῆται, οὐκ ἄλλο; πῶς λέγεις; ὥσπερ σκυτοτόμος τέμνῃ που τομῇ καὶ σμίλῃ καὶ ἄλλοις ὀργάνοις. ναί. οὐκοῦν ἄλλο μὲν ὁ τέμνων καὶ χρώμενος, ἄλλο δὲ οἷς ὁ τέμνων χρῆται; πῶς ἔφη; ἆρ' οὖν ὅτῳ καὶ οἷς ὁ κιθαρίζων κιθαρίζει, καὶ αὐτὸς ὁ κιθαρίζων ἄλλο ἂν εἴη; ναί. τοῦτο τοίνυν ἀρτίως ἠρώτων, εἰ ὁ χρώμενός τε καὶ ᾧ χρῆται, ἀεὶ δοκεῖ ἕτερον εἶναι. δοκεῖ. τί * οὖν φῶμεν τὸν σκυτοτόμον τέμνειν ὀργάνοις μόνον, ἢ καὶ χερσί; καὶ χερσί. χρῆται ἄρα καὶ ταύταις. ναί. ἦ καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς χρώμενος σκυτοτομεῖ; ναί. τὸν δὲ χρώμενον, καὶ οἷς χρῆται, ἕτερα ὁμολογοῦμεν; ναί. ἕτερα ἄρα σκυτοτόμος, καὶ κιθαριστὴς, χερῶν καὶ ὀφθαλμῶν οἷς ἐργάζονται. φαίνεται. οὐκοῦν καὶ πρωτὶ τῷ σώματι χρῆται αὖ ἄνθρωπος; πάνυ γε. ἕτερον * δὴ ἴῳ τό τε χρώμενον, καὶ ᾧ χρῆται; ναί. ἔστιν ἄρ' ὁ αὖ ἄνθρωπος ὅτι τοῦ ἑαυτοῦ σώματος. ἔοικε. τί ποτ' οὖν ἐστὶν αὖ ἄνθρωπος; οὐκ ἔχω λέγειν. ἔχεις μὲν οὖν ὅ, τι γε τῷ σώματι χρώμενον; ναί. ἦ οὖν ἄλλό τι χρῆται αὐτῷ ἢ ψυχῇ; οὐκ ἄλλο. οὐκοῦν ἄρχουσα; ναί. καὶ μὲν τό γ' οἶμαι εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς ἄλλως οἰητέον. ὃ ποῖον; μὴ ὑπερῶν ἔν γέ τι εἶναι τὸν ἄνθρωπον. τίνων; ψυχῶν, ἢ σῶμα, ἢ καὶ συναμφότερον, ὃ ὅλον τοῦτο. τί μήν; ἀλλὰ μὴν αὖ γε ὃ τοῦ σώματος ἄρχον ὡμολογήσαμεν αὖ ἄνθρωπον εἶναι; ὡμολογήσαμεν. τίς οὖν ὁ αὖ ἄνθρωπος; ἆρ' οὖν σῶμα αὐτὸ αὑτοῦ ἄρχει; ὑδαμῶς. ἄρχεσθαι γὰρ αὐτὸ εἴπομεν. ναί. οὐκ ἄρ' ἐν τούτῳ γε εἴη ὃ ζητούμενον. οὐκ ἔοικεν. ἀλλὰ ἆρα ὃ συναμφότερον τοῦ σώματος ἄρχει, καὶ ἔστιν ἐν τούτῳ ὁ αὖ ἄνθρωπος; ἴσως δῆτα. πάντων γε ἥκιστα. μὴ γὰρ * συναρχόντοιν τοῦ ἑτέρου, ὁ δὴ μία που μηχανὴ ὃ συναμφότερον ἄρχειν. ὀρθῶς. ὅτῳ δὲ ὅτι ὃ σῶμα, ὅτε ὃ συναμφότερόν ἐστιν αὖ ἄνθρωπος, λείπεται, οἶμαι, ἢ μηδὲν αὐτὸ εἶναι, ἢ εἴπερ τί ἐστι, μηδὲν ἄλλο τὸν αὖ ἄνθρωπον συμβαίνειν, ἢ ψυχήν. κομιδῇ μὲν οὖν. ἔτι οὖν σαφέστερον δεῖ ἀποδυσχθῶναί σοι, ὅτι ἡ ψυχή ἐστιν αὖ ἄνθρωπος; μὰ Δί', ἀλλ' ἱκανῶς μοι δοκεῖ ἔχειν. εἰ δέ γε μὴ ἀκριβῶς, ἀλλὰ καὶ μετρίως, ἐξαρκεῖ ἡμῖν. ἀκριβῶς μὲν γὰρ εἰσόμεθα τότε, ὅταν ἴδωμεν ὃ νῦν δὴ παρήλθομεν

etiam qua ratione curãdi sumus, intelligamus: ignorantes verò, contrà. Est, vt dicis. Age quomodo illud ipsum inueniemus: sic enim fortasse quid simus ipsi inuenire poterimus: at hoc †τὸ αὐτὸ. *ignorantes, nunquam. Rectè loqueris. Attende ergo per Deum, cum alione quàm mecũ tu disputas? Tecum. Et ego nonne tecũ? Et tu mecum. Socrates igitur est qui disputat? Est. Alcibiades verò qui audit? Ita est. Nónne ratione Socrates disputat? Quid ni? Disputare autem & ratione vti idem quodammodo vocas? Idem. Vtens autem, & quo vtitur, nónne aliud? Quomodo dicis? Quemadmodum cerdo incidit quidem circulari & semicirculari organo, atq; aliys instrumentis: Est vt dicis. Nonne aliud quiddã est qui diuidit, & quo diuiditur quicquã? Quid ni? Item aliud citharœdus, aliud quod citharam pulsat? Aliud. Hoc paulo antè interrogabam, an vtens, & quo vtitur, semper aliud esse videatur? Videtur. Cerdonem incidere dicimus instrumentis tantùm, an etiam manibus? Et manibus. Et ys ergo vtitur? Vtitur. An non* * αὖ. *& oculis vtens corta incidit? Prorsus. Vtentem verò aliud quiddam ab ys, quibus vtitur, esse concessimus? Concessimus. Cerdo igitur & citharœdus aliud quiddam sunt, quàm oculi & manus quibus vtuntur. Apparet. Nónne toto corpore homo vtitur? Penitus. Aliud vtique vtens, & quo vtitur? Sic. Homo ergo* * δὴ. *à suo corpore aliud est. Videtur. Quid est igitur homo? Ignoro. Scis esse quod corpore vtitur. Scio. Alitúdne vtitur ipso, quàm anima? Nil aliud. An non imperans? Imperans. Quinetiam neminem hoc aliter æstimaturum puto. Quídnam? Quin ex tribus vnum aliquid homo sit. Ex quibus? Aut animum videlicet, aut corpus, aut totum ipsum ex vtriusq; compositum. Quid ni? Veruntamen id quod imperat corpori, hominem esse confessi sumus. Confessi sumus. Quid igitur homo? Num sibiipsi corpus imperat? Nullo modo. Subyci enim illud diximus. Certè. Non est igitur hoc quod quærimus. Non, vt videtur. At vtrunq; simul forsitan corpori dominatur, atque id homo est. Fortè. Imò minimè omnium. nam altero illorum non dominante, nulla coniectura est, vt simul vtrunq; dominetur. Rectè loqueris. Cùm verò nec corpus, nec simul vtrunq; sit homo, re-* τῶν ἄρχοντοιν. *stat, vt arbitror, aut nihil omnino hominem esse, aut si quid est, nihil aliud quàm animam esse. Prorsus. Adhuc ne liquidius monstrari tibi oportet animam esse hominem? Non per Iouem. hæc enim sufficere mihi videntur. Etsi non in integrum hæc discussa sunt, mediocriter tamen inducta in præsentia sufficiunt. Nam tunc demum penitus comprehendemus, cùm inuenerimus quod nunc, quia ampliorem indagationem*

requirebat, prætermisimus. Quid istud? Paulo antè sic est dictum, quòd prius considerandum sit ipsum idē: nunc verò pro eo, quod quidem est ipsum idem, consideranimus ipsum vnumquodque quid est, idq; fortè sufficiet. Nihil enim in nobis ipsis esse magis quam animam dicere possemus. Non certè. Nonne sic putandum est, me scilicet ac te conspirare inuicem anima ad animam sermone vtentes? Et maximè quidem. Hoc itaq; erat, quod paulo antè dicebamus, quòd Socrates cum Alcibiade disputat, oratione vtens non ad personam tuam, vt apparet, sed ad Alcibiadem verba dirigens: hoc autem anima est. Mihi sanè videtur. Animam igitur nosse iubet, qui præcipit, Nosce teipsum. Videtur. Quicunque igitur corpus cognoscit, sua quidem, non seipsum nouit. Sic est. Atque ideo nullus medicus, vt est medicus, neque gymnasticus vt gymnasticus, sese nouit. Non, vt videtur. Multo minùs agricola, alyq; opifices se cognoscunt: neque enim se, neque sua, sed remotiora quædam artibus suis expendunt: ijs enim intenti sunt, quibus corpus curatur. Vera narras. Quare, si prudentia est seipsum nosse, nullus istorum secundum suam artem est prudens. Non, vt videtur. Ob hoc mechanica artes ista, non autem boni viri disciplina videntur. Prorsus. Nonne rursus, quicunq; corporis curam habet, sua quidem, non seipsum curat? Apparet. At verò cui pecunia curæ sunt, nec se, nec sua, sed quæ procul à suis sunt, curat. Videtur. Non ergo suis indulget, qui pecunias cumulat. Recte. Quisquis etiam corpus Alcibiadis amauit vnquam, non Alcibiadem ipsum, sed qua Alcibiadis essent, amauit. Vera loqueris. Qui verò te amat, amat animum. Necessariò sequi ex ratione tua videtur. Nonne tui corporis amator, cùm primùm species defloreſcit, abiens deserit? Apparet. At verò qui animum tuum diligit, nunquam deserit, donec ad meliorem frugem peruenias. Consentaneum. Hanc ego ob causam te minimè desero, verùm in amicitia perseuero, reliquis senescente corpore abeuntibus.

† προσομιλῶν, id est, cōuersari, colloqui.

* παραμένω.

Ibidem paulo pòst.

Bene mihi dicere videris, ô Socrates: Verùm conare iam nobis exponere, qua ratione nosmetipsos curemus. Nonne satis iam à nobis in superioribus definitum est? Quid enim simus, communi consensu definiuimus. Nam timebamus ne in hoc decepti nos ipsos forsitan falleremus, alicuius alterius, non nostri, curam habentes. Est, vt dicis. Deinde concessum est, animæ curam habendam, sempérque ad ipsam respiciendum. Manifestum est. Corporum verò pecuniarúmque curam alijs relinquendam. Quid ni? Quónam igitur pacto ista perspicuè nosceremus, siquidem hoc

ἀλλὰ ὃ πολλῆς ἔτι σκέψεως. τί τοῦτο; ὃ ἄρτι οὕτω πως ἐρρήθη, ὅτι χρὴ τοιοῦτον σκοπεῖν εἶναι αὐτὸ ὃ αὐτὸ τῷ αὐτῷ, αὐτὸν ἕκαστον ἐσκέμμεθα ὅ, τί ὄντ. καὶ ἴσως ἱκανῶς ἔχει. τί γὰρ ἂν μᾶλλον κυριώτερόν γε εἶναι αὐτῶν ἡμῖν φήσαιμεν, ἢ τὴν ψυχήν; ἔστι δῆτα. οὐκοῦν καλῶς ἔχει οὕτω νομίζειν, ἐμὲ καὶ σὲ † προσομιλεῖν ἀλλήλοις τοῖς λόγοις χρωμένους τῇ ψυχῇ πρὸς τὸν ψυχήν. πάνυ μὲν οὖν. τοῦτο δή ἐστιν, ὃ καὶ ὀλίγῳ ἔμπροσθεν εἴπομεν, ὅτι Σωκράτης Ἀλκιβιάδῃ διαλέγεται λόγῳ χρώμενος, οὐ πρὸς τὸν σὸν πρόσωπον, ὡς ἔοικεν, ἀλλὰ πρὸς τὸν Ἀλκιβιάδην ποιούμενος τὰς λόγους. τοῦτο δ' ἐστὶ καὶ ψυχή. ἔμοιγ' οὖν δοκεῖ. ψυχὴν ἄρα κελεύει γιγνώσκειν, ὁ ὁπιστισοῦν γιγνὸς ἑαυτόν. ἔοικεν. ἔστι ἄρα τῷ μὲν σώματος ἐπιστήμῃ, τὰ αὑτοῦ, ἀλλ' οὐχ ἑαυτὸν ἔγνωκεν. οὕτως. οὐδεὶς ἄρα τῷ ἰατρῶν ἑαυτὸν γιγνώσκει καθόσον ἰατρός· οὐδὲ τῷ παιδοτρίβων, καθ' ὅσον παιδοτρίβης. οὐκ ἔοικε. πολλοῦ ἄρα δέουσιν οἱ γεωργοί, καὶ οἱ ἄλλοι δημιουργοὶ γιγνώσκειν ἑαυτούς. οὐδὲ γὰρ τὰ ἑαυτῶν ὅτι γε, ὡς ἔοικε, γιγνώσκουσιν, ἀλλ' ἔτι πορρωτέρω τῶν ἑαυτῶν, καθ' γε τὰς τέχνας ἃς ἔχουσι. τὰ γὰρ τοῦ σώματος γιγνώσκουσιν, οἷς τὸ θεραπεύεται. ἀληθῆ λέγεις. εἰ ἄρα σωφροσύνη ἐστὶν ἡ τὸ ἑαυτὸν γιγνώσκειν, οὐδεὶς τούτων σώφρων κατὰ τὸν τέχνην. οὔ μοι δοκεῖ. Διὰ ταῦτα δὴ καὶ βάναυσοι αὗται αἱ τέχναι δόξουσιν εἶναι, καὶ οὐκ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ μαθήματα. πάνυ μὲν οὖν. ὑκεῖν πάλιν ὅστις αὖ σῶμα θεραπεύει, τὸ ἑαυτοῦ, ἀλλ' οὐχ ἑαυτὸν θεραπεύει· κινδυνεύει. ὅστις δέ γε τὰ χρήματα αὖτε ἑαυτοῦ, οὔτε τὰ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἔτι πορρωτέρω τοῦ ἑαυτοῦ, ἔμοιγε δοκεῖ. οὐ τὰ αὐτὰ ἄρα ἐστὶ τοῖς φιλοχρηματισταῖς. ὀρθῶς. εἰ δή τις γέγονεν ἐραστὴς τοῦ Ἀλκιβιάδου σώματος, οὐχὶ Ἀλκιβιάδου ἄρα ἠράσθη, ἀνήρ τινος τοῦ Ἀλκιβιάδου. ἀληθῆ λέγεις. ὅστις δέ σου, τῆς ψυχῆς ἐρᾷ. αὐάγκη φαίνεται ἐκ τοῦ λόγου. οὐκοῦν ὁ μὲν τοῦ σώματός σου ἐρῶν, ὅπῃ λήγει αὐθωῶ, ἀπιὼν οἴχεται; φαίνεται. ὁ δὲ τῆς ψυχῆς ἐρῶν, οὐκ ἄπεισιν, ἕως ἂν ὅτι τὸ βέλτιον εἴη. εἰκός γε. οὐκοῦν ἐγώ εἰμι ὁ οὐκ ἀπιών, ἀλλὰ * παραμένων, λήγοντος τοῦ σώματος, τῆς ἀνόου ἀπηλιωτότου.

Εὖ μοι δοκεῖς λέγειν, ὦ Σώκρατες, ἀλλὰ πειρῶ ἔτι ἐκείνο ὅπῃ ποτὲ ἐπιμεληθήμεν ἡμῶν αὐτῶν. ἀκούω τοσοῦτον μὲν ἡμῖν εἰς τὸ προσθεν πεπρᾶσθαι; ὃ γὰρ ἐσμὲν, ὁπιστισοῦν ὁμολογεῖται. ἐφοβούμεθα δὲ μὴ τοῦτο σφαλέντες λάθωμεν, ἑτέρου τινὸς ἐπιμελούμενοι, ἀλλ' οὐχ ἡμῶν. ἔστι ταῦτα. καὶ μὴν τοῦτο δ' ὅπῃ ψυχῆς ἐπιμελητέον, καὶ εἰς τοῦτο βλεπτέον. δῆλον. σωμῆς δὲ καὶ χρημάτων τὴν ἐπιμέλειαν ἑτέροις προσεκτέον. τί μήν; πῇ δῆτα αὖ ἔστι ποτὲ ποιούμενοι αὐτὰ ἐναργέστατα; ὅπῃ τοῦτο

γνόντες,

γιόντες, ὡς ἔοικεν ἡμᾶς αὐτὸς γνωσόμεθα. ἆρα τοῖς Θεῶν δὴ λέγοντος, ὃ δὴ νῦν ἐμνήσθημεν, τῦ Δελφικῦ γράμματος ὑ ξυνίομεν; Ὅ ποῖον; τί φῄς, ὦ Σώκρατες; ἐγώ σοι φράσω ὅγι οὐκ ἐπιβουλεύω λέγειν καὶ συμβουλεύειν ἡμῖν τῦτο τὸ γράμμα. κινδυνεύει γὰρ οὐδὲ πολλαχοῦ εἶναι τοιοῦτον γράμμα αὐτοῦ, ἀλλὰ χρὴ τὴν ὄψιν μόνον. πῶς τῦτο λέγεις; σκόπει καὶ σύ, εἰ ἡμῖν τῷ ὄμματι ὥσπερ αὖ θεὸς συμβουλεύων, εἶπεν, ἴδε ἑαυτόν, πῶς ἂν ὑπολάβοιμεν τὸ τοιοῦτον; ἆρ' οὐχὶ εἰς τῦτο βλέπειν, εἰς ὃ βλέπων ὀφθαλμὸς ἔμελλεν αὐτὸν ἰδεῖν; δῆλον. σκοποῦμεν δὴ εἰς τί βλέποντες τὴν ὄψιν, σκήψιό τι ὁρῶμεν ἅμα αὖ, καὶ ἡμᾶς αὐτούς. δῆλον δή, ὦ Σώκρατες, ὅτι εἰς κάτοπτρά τε καὶ τὰ τοιαῦτα. ὀρθῶς λέγεις. σκόπει δὴ καὶ τὸν ὀφθαλμόν, ᾧ ὁρῶμεν, ἔν ἐστι τοῦτων; πάνυ γε. σκεπτόμενος οὖν ὅτι τῦ ἐμβλέποντος εἰς τὸν ὀφθαλμὸν τὸ τοιοῦτον ἐμφαίνεται ἐν τῇ τῦ κατόπτρου ὄψει, ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ; ὁ δὴ καὶ * κορὴν καλῦμεν, εἴδωλόν ἐστι τῦ ἐμβλέποντος. ἀληθῆ λέγεις. ὀφθαλμὸς ἄρ' ὀφθαλμὸν θεώμενος, καὶ ἐμβλέπων εἰς τοῦτο, ὅλον ᾗ βέλτιστον αὐτοῦ, καὶ ᾧ ὁρᾷ, ὕτως ἂν αὐτὸν ἴδοι. φαίνεται. εἰ δέ γ' εἰς ἄλλο τοῦτων τῦ τοῦ θεοῦ βλέποι, ἢ τὸ τοῦτων, πλὴν εἰς ἐκεῖνο ᾧ τῦτο τυγχάνει ὂμοιον, οὐχὶ ὄψεται ἑαυτόν. ἀληθῆ λέγεις. ὀφθαλμὸς ἄρα, εἰ μέλλει ἰδεῖν αὑτὸν, εἰς ὀφθαλμὸν αὖτε βλεπέτω, καὶ τῦ ὄμματος εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον, ἐν ᾧ τυγχάνει ἡ τῦ ὀφθαλμῦ ἀρετὴ ἐγγιγνομένη. ἔστι δὲ τῦτό που ὄψις. ὕτως. ἆρ' οὖν, ὦ φίλε Ἀλκιβιάδη, καὶ ψυχὴ, εἰ μέλλει γνώσεσθαι αὑτὴν, εἰς ψυχὴν αὖτε βλεπέτω, καὶ μάλιστα εἰς τῦτον αὐτῆς τὸν τόπον, ἐν ᾧ ἐγγίγνεται ἡ ψυχῆς ἀρετὴ, σοφία, καὶ εἰς ἄλλο ᾧ τῦτο τυγχάνει ὂμοιον ὄν; ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Σώκρατες. ἔχομεν οὖν εἰπεῖν, ὅ, τι ἐστὶ τῆς ψυχῆς φρονεῖν, ἢ τῦτο μάλιστ' ἂν εἴδείημεν καὶ φρόνησίς ἐστιν; ἔχομεν. τῷ θείῳ ἄρα τῦτ' ἔοικεν αὐτῆς· καὶ ὃς εἰς τῦτο βλέπων, καὶ πᾶν τὸ θεῖον γνοὺς, Θεόν τε καὶ φρόνησιν, ὕτω καὶ ἑαυτὸν ἂν γνοίη μάλιστα. φαίνεται. Τὸ δὲ γνῶναι αὐτὸν, ὁμολογῦμεν σωφροσύνην εἶναι; πάνυ γε.

Ἆρ' ὥσπερ κάτοπτρα σαφέστερά ἐστι τῦ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ ἐνόπτρου καὶ καθαρώτερά τε καὶ λαμπρότερα, ὕτω καὶ ὁ Θεὸς τῦ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ βελτίου καθαρώτερόν τε καὶ λαμπρότερον τυγχάνει ὄν. ἔοικέ γε, ὦ Σώκρατες. εἰς τὸν Θεὸν ἄρα βλέποντες, ἐκείνῳ καλλίστῳ ἐνόπτρῳ χρώμεθ' ἂν, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων εἰς τὴν ψυχῆς ἀρετήν. καὶ ὕτως ἂν μάλιστα ὁρῷμεν, γνωσόμεθα ἡμᾶς αὐτούς. ναί.

Τὸ δὲ γνῶναι αὐτὸν, ὁμολογῦμεν σωφροσύ-

*intellecto nos quoq; ipsos intelligimus? An forsè per Deos Delphicam illam inscriptionem recitè monentem, cuius suprà mentionē fecimus, nondum intelleximus? Quid nam sic ais, ô Socrates? Dicā tibi quid suspicer hanc inscriptionē nobis consulere: neq; verò passim eius exemplar, sed in visu solùm inueniri posse videtur. Quomodo id ais? Cōtemplare tu quoq;, si oculo nostro quēadmodū homini cōsuluisset: Vide teipsum, quomodo id admonuisse putemus? nónne vt in illud inspiceret oculus, ex cuius intuitu seipsum visurus esset? Constat. Cōsideremus itaq; in qd potissimū intuentes, illud simul ac nos ipsos videremus. In speculū, & alia huiusmodi. Recitè loqueris: sed oculo quo videmus, an non ineſt huiusmodi quiddam? Valde. Num animaduertisti quòd facies hominis in oculum intuentis in oppositi visu relucet, velut in speculo, quā summā vocamus pupillam, simulacrū inspicientis existens? Aduerti. Oculus igitur ita demū seipsum cernit, cùm in oculum inspicit, in idq; præterea intendit, quod * κορηλὸν oculi optimū est, et quo oculus ipse videt. Apparet. Si autē in aliud quoddam hominis membrū respexerit, vel in quodvis aliud, præterquam in id cuius hoc est simile, haudquaquā seipsum percipiet. Verum. Oculus ergo cùm seipsum visurus est, in oculum respicere debet, atq; in eum oculi locum, in quo virtus est oculi. Is autē visus, atq; pupilla acies est. Sic est. Eodem pacto & anima, ô amice Alcibiades, si seipsam noscere vult, in animam intueatur, in eumq; præcipuè locū animæ, in quo ineſt virtus anima, sapientia, & in aliud cuius hoc est simile. Mihi quidē videtur, ô Socrates. Num reperire possumus quippiā in anima diuinius illo, circa quo intelligentia sapiētiaq; versatur? Nequaquā. Id igitur anima diuino simile est, in quod sanè quis intuens, et omne diuinū, Deum scilicet et sapientiā cernens, ita et seipsum agnoscet. Apparet. Seipsum verò cognoscere, prudentiam esse concedimus. Prorsus.

*Nónne sicut specula euidentiora sunt, quā oculi pupilla, & puriora, & splendidiora: sic quoq; Deus optima anima nostræ parte purius quippiam ac splendidius est? Videtur, ô Socrates. Deum itaq; cōspicientes, pulcherrimo speculo vtemur ipso, deinde inter humana animæ virtutē intuentes: atq; hoc pacto maximè ad inspectionē nostri cognitionemq; peruenire licebit. Reuera.

*Si hæc eximas, præcedentia & sequentia, vt in impressis Platonis exemplaribus habent, cohærebunt. Suspicor verò rectè hic legi, & omnia coniungi debere, in impressis verò culpa librarij omissa esse quæ sequuntur hæc verba, (Seipsum verò cognoscere, prudentiam esse concedimus. Prorsus.) donec eadem repetantur. sic enim sæpe fit error.

Eiusdem in primo Alcibiade.

Seipsum verò cognoscere, prudentiā esse conce

dimus. Prorsus. Si autem nec nos ipsos cognosceremus, nec prudentes essemus, possemus ne nostra seu mala seu bona nosse? Quomodo posset fieri, ò Socrates? Impossibile tibi fortè videtur quenquam, qui non norit Alcibiadem, tamen quæ Alcibiadis sunt, quòd sint Alcibiadis, nosse? Impossibile, per Iouem. Nec nostra quòd nostra sint, nisi prius nos ipsos? Nullo modo. Si nostra ignoremus, nec ea quæ nostrorum sunt, intelligimus? Non, vt videtur. Non igitur rectè omnino consensimus, cùm suprà quosdam esse assereremus, qui se ignorantes, sua tamen dignoscerent: atqui nec ea etiam, quæ suorum. hæc enim cuncta dignoscere vnius atque eiusdem artis officium esse videtur, seipsum scilicet & quæ sua sunt, & quæ suorum sunt, nosse. Videtur. At qui sua ignorat, ignorat & aliena. Quid ita? Num igitur si aliena, etiam quæ reipublicæ, ignorabit? Necesse est. Nunquam ergo hic vir ciuilis sit. Non certè. Nec œconomicus etiam. Neque hoc. Nec quod agit, intelliget? Minimè. Ignorans autem, nónne errabit? Maximè. Qui aberrat, an non malè aget & priuatim & publicè? Quid ni? Malè agens nónne miser? Et maximè quidem. An verò & ÿ quibus cum hæc agit? Et hi quoq;. Nemo itaq; fœlix esse potest, nisi sapiens bonusq; sit. Nemo. Sequitur vt mali homines miseri sint. Apprimè. Non ergo qui diues sit, sed qui prudens, miseriam vitat. Videtur.

Eiusdem in Charmide.

Neque me pudebit fateri aliquid aliud non rectè dixisse, potiùs quàm consentire, vt qui seipsum ignorat, sit temperatus. Fermè nanque hoc ipsum temperantiam esse arbitror, seipsum cognoscere. Illiq; assentior, qui præceptum hoc templo Apollinis ipsius inscripsit. Atqui videtur hæc inscriptio, tanquam Dei salutatio quædam ad homines qui templum ingrediuntur, eius loco quæ gaudere iubet: quasi non probè dicatur Gaude: neque iubere nos inuicem deceat, sed temperatè potiùs viuere. Ita homines templum ingredientes, singulari sententia Deus alloquitur, alitérque quàm homines, nos salutat, vt sensit ille, meo iudicio, qui inscripsit. Et ingredienti nihil præcipit aliud quàm viuere temperatè. Verùm obscurè hoc præceptum verbis tanquam vates interserit. Quippe cognosce teipsum, idem est quod temperatè viue, vt literæ testantur, egoq; interpretor. Fortè verò aliud esse putabit quispiam: quod quidem contigisse illis qui sequentia imposuerunt, existimo: hoc est, Nihil nimis, & sponsioni non deesse iactaram. Nam illi quidem, Cognosce teipsum, consilium quoddam esse putarunt, non Dei ipsius ad eos qui ingrediuntur, appellationem. Deinde vt & ipsi nihilo deteriora consulerent, reliqua insuper adiecerunt.

* ἀπ' ἀλλ.

* ορτῆ.

ριλω εἶ); πθύν γε. ἆρ' οὖν μὴ γιγνώσκοντες ἡμᾶς αὐτοὺς, μηδὲ σώφρονες ὄντες, δυναίμεθα εἰδέναι τὰ ἡμέτερα αὐτῶν κακά τε καὶ ἀγαθά; καὶ πῶς ἂν τοῦτο γένοιτο, ὦ Σώκρατες; ἀδύνατον γὰρ ἴσως σοι φαίνεται μὴ γιγνώσκοντα Ἀλκιβιάδην, τὰ Ἀλκιβιάδου γιγνώσκειν, ὅτι Ἀλκιβιάδου ἐστίν. ἀδύνατον μέν τοι νὴ Δία. ἦ δ' ἔσθ' ὅπως τὰ ἡμέτερα, ὅτι ἡμέτερα, εἰ μὴ δι' ἡμᾶς αὐτούς; πῶς γάρ; εἰ δ' ἔστι μηδὲ τὰ ἡμέτερα, οὐδὲ τὰ τῶν ἡμετέρων; οὐ φαίνεται. οὐκ ἄρα πθύν τι ὀρθῶς ὡμολογοῦμεν, ὁμολογοῦντες ἄρτι εἶ) τινὰς, οἳ ἑαυτοὺς μὲν οὐ γινώσκοιεν, τὰ δὲ αὐτῶν † ἀμείνους δὲ τὰ τῶν ἑαυτῶν. ἔοικε γὰρ πάντα ταῦτ' εἶ) καὶ δεῖν ἑνός τε καὶ μιᾶς τέχνης, ἑαυτόν, τά τε αὐτοῦ, τά τ' ἄλλ' ἐπισκοπεῖν. κινδυνεύω. ὅστις δὲ τὰ αὑτοῦ ἀγνοεῖ, καὶ τὰ τῶν ἄλλων που ἀγνοεῖ ταῦτα. τί μέν; σὺ οἰόμεθα εἰ τὰ τῶν ἄλλων, καὶ τὰ τῶν πόλεων ἀγνοήσει; ἀνάγκη. οὐκ ἄρα αὖ ἤθελεν ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ πολιτικὸς; οὐ δῆτα. οὐ μὲν οὐδὲ οἰκονομικός γε; οὐ δῆτα. οὐδέ γ' ἔσται, ἢ πράξει; οὐ γὰρ οἶδεν. ὁ δὲ μὴ εἰδὼς τί πράξει, οὐχ ἁμαρτήσεται; πθύν γε. ἁμαρτάνων δὲ, οὐ κακῶς πράξει ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ; πῶς δ' οὔ; κακῶς δὲ πράττων, οὐκ ἄθλιος; σφόδρα γε. τί δ' οἷς οὐκ ἐπιτρέψει; καὶ ὅτοι. οὐκ ἄρα οἷόν τε εἶναι μή τινα σώφρονα καὶ ἀγαθὸν ἄνδρα εἶ). οὐκ οἷόν τε. οἱ ἄρα κακοὶ τῶν αὖ θεῶν ἄθλιοι. σφόδρα γε. οὐκ ἄρα οὐδὲ ὁ πλουτήσας ἀθλιότητος ἀπαλλάξεται γε, ἀλλ' ὁ σωφρονήσας. φαίνεται.

Καὶ οὐκ αὖ αἰσχυνθείην, ὅτι μὴ νῦν ὀρθῶς φάναι εἰρηκέναι μᾶλλον, ἢ ποτὲ συγχωρήσαμεν αὖ ἀλλοῦντα ἄνθρωπον αὐτὸν ἑαυτὸν σωφρονεῖν. ἐγὼ δὲ γε οὐ πάνυ τι ἔγωγε αὐτὸ τοῦτο φημὶ εἶ) σωφρονεῖν, ὃ γιγνώσκειν ἑαυτόν. καὶ συμφέρειν γ' ἐν Δελφοῖς αὐτὸ τοῦτο τὸ γράμμα. καὶ γὰρ τοῦτο ὅπως μοι δοκεῖ ὃ γράμμα αὐτὸ εἰρῆσθαι, ὡς δὴ προσήκοις οὖσα τοῦ Θεοῦ τῷ εἰσιόντων, αὐτὶ τοῦ χαίρε· ὡς τοῦτο μὲν οὐκ ὀρθοῦντος τοῦ προσήματος, ὃ χαίρειν, οὐδὲ δεῖν τοῦτο προσκελεύεσθαι ἀλλήλους, ἀλλὰ σωφρονεῖν. ὅτῳ μὲν δὴ ὁ Θεὸς προσαγορεύει τοὺς εἰσιόντας εἰς τὸ ἱερὸν, ἀξιοῦντος καὶ ἀναγκάζοντος αὐτοὺς ἀληθῆ εἶναι, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. καὶ λέγει πρὸς τοὺς ἀεὶ εἰσιόντας, οὐκ ἄλλό τι ἢ σωφρονεῖν φησίν. αἰνίγματωδέστερον δὴ, ὡς μάντις λέγει. ὃ γὰρ Γνῶθι σαυτὸν, καὶ ὃ Σωφρόνει, ὁτὶ μὲν ταὐτὸν, ὡς τὰ γράμματά φησι, καὶ ἐγώ. τάχα δ' ἄν τις οἰηθείη ἄλλο εἶ). ὃ δὴ μοι δοκοῦσι παῖζειν, καὶ οἱ τὰ ὕστερα γράμματα ἀναθέντες, τό, τε Μηδὲν ἄγαν· καὶ Ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα. καὶ γὰρ ὅτοι συμβουλεύω ὡς ἤθησαν εἶ) ὃ Γνῶθι σαυτὸν, ἀλλ' οὐ τῶν εἰσιόντων ἕνεκεν τοῦτο τὸ Θεοῦ πρόσρησιν. εἰθ' ἵνα δὴ καὶ * αὖ τοῖς μηδὲν ἧττον χρησίμως συμβουλὰς ἀναθεῖεν, ταῦτα γράψαντες ἀνέθεσαν.

Τί πο-

Τί ποτε ἰῶ ἄρα καὶ τίνος ὂν ἱερὸν τοῦτο πρόσταγμα ὃ ὁ Πυθοῖ, ὁ γνῶναι ἑαυτὸν τοῖς τοῦ Θεοῦ δεισιδαίμοσι προσαγορεύει; μήτε γὰρ πᾶσαν Θεὸν τὰ προσήκοντα, μηδὲ αὖ τυχεῖν τοῦ Θεοῦ δεηθέντα, τὸν ἀτυχοῦντα τῆς ἑαυτοῦ ἐπιμελούμενον, ὡδαιμόνων ἔοικεν. ἀλλ' εἴτε Φημονόη ὅτι πρώτη λειτουργοῦσα τοῖς ἀνθρώποις τοῦτο ἐθέσπισεν, ἢ τῆς προφήτης ὁ Πύθιος λέγεται τὰς εἰς ἀνθρώπους ὠφελούσας χάριτας· εἴτε Φανοθέα ἡ Δελφοῦ, εἴτε καὶ Βίαντος, ἢ Θαλοῦ, ἢ Χίλωνος ἦν ἀνάθημα, ὁρμηθὲν ἀπό τινος θείας ἐπιπνοίας· εἴτε Κλεάρχῳ προσεκτέον μᾶλλον τῷ μὴ Πυθίᾳ φράζοντι εἶναι) ὡδάκελμα, χρησθὲν δὲ Χίλωνι, ὃ ἄριστον ἀνθρώποις μαθεῖν πυνθανομένῳ· εἴτε καὶ πρὸ Χίλωνος ἰὼ ἔπι ἀνάγραπτον ἐν τῷ ἱδρυθέντι νεῷ μὴ τὸν πίτερόν τε, καὶ χαλκοῦν, καθάπερ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας εἴρηκε. Τὸ μὲν, ὅτῳ ἀεὶ εἴη, ἴ' ἀμβλυχε, ἀμφισβητήσιμον ἔχω· πάντως δὲ ὅτι ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἢ ἐκ Θεοῦ ἐρρήθη, ὅς αὐτὸ φαίνοιτ' ἂν ὑπὲρ ἐν τοῖς Πυθίοις αὐτὸ κεῖσθαι, * ἀμφίεσον. τί ποτε δ' ἐστὶν ὁ φράζει, καὶ πρός γε τὴν παρρησιαστικὴν προτελεσθαι τῷ Θεῷ ἐπιτάττει, ἀναγκαῖον ἂν εἴη γνῶναι.

Porphyrij ex sermone 1. de hoc dicto, Nosce teipsum.

Quale nam fuit, et à quo profectum sacrum illud Pythicum præceptum, quod Deo supplices futuros, cognoscere sese iubet? Neq; enim Deum, vt par est, culturum: neq; voti compotem fore eum, qui ignorantia sui laboret, significare videtur. Sed siue Phemonoe hoc ad omnes res humanas vtilissimum oraculum deprompserit, siue Phanothea Delphi filia: siue Biantis, aut Thaletis, aut Chilonis hoc velut anathema sit, inspiratione diuina natum: siue Clearcho potius credendum est, qui hanc sententiam ab ipso Pythio responsam ait Chiloni, roganti quid hominibus optimum esset edoceri: siue ante Chilonis ætatem fuerit inscriptum fundato templo post lapideum & æreum, vt Aristoteles de philosophia scribens meminit. Sed cuiuscunq; tandem hæc, inquam, sententia sit authoris, etsi id in controuersia sit: proculdubio tamẽ aut à Deo, aut non sine Deo natam esse, inde constat, quòd Pythico templo consecrata est. At quidnam sibi velit, & quid ante lustrationem per aspergillum ex aquiminario faciendum præcipiat, necessarium fuerit cognoscere.

* malim ἀναμφίεσον. Ibidem.

Ἀλλὰ μή ποτε σωφρόνει ἔνεστιν ἀκούσαι λέγοντος αὐτὸ τοῦ σῶζε τὴν φρόνησιν· καὶ γὰρ σωφροσύνη σαοφροσύνη τις. οὕτω δὲ πρὸς ὃ φρονῶ καὶ * ὃ φρονῶ, αἴτιον ἀφελέσθαι αὐτὸ, σώζειν ἑαυτὸν προκελεύομενος. τοῦτο δ' ἂν εἴη ὁ νοῦς. ἀλλ' εἰ τοῦτο, δεῖ πάλιν γνῶναι τὴν οὐσίαν ἡμῶν ἥτις ἐστίν. ἄλλοι γε μὴν μικρὸν ἀφέκοσμον καλῶς εἰρῆσθαι φάσκουσι τὸν ἄνθρωπον, προκελεύεσθαι μὲν φασὶ ὃ γράμμα γνῶναι τὸν ἄνθρωπον· ὄντος δὲ μικροῦ ἀφεκόσμου τοῦ ἀνθρώπου, οὐδὲν ἄλλο κελεύειν, ἢ φιλοσοφεῖν. εἰ δὴ οὖν ἀπταίστως φιλοσοφεῖν σπουδάζομεν, προθυμώμεθα γνῶναι ἑαυτούς, καὶ ἔσται ἡμῖν τελεία ὁρμὴ φιλοσοφίας, ἐκ τῆς ἡμετέρας καταγνώσεως ἀναβαίνουσα ἐπὶ τὴν τοῦ πρώτου θεωρίαν. ἀλλ' ὅτι μὲν ἀπὸ τῶν ἐν ἡμῖν, συλλογιζόμενοι καὶ περὶ τῶν ἐν τῷ ὅλῳ· καὶ ἡμᾶς ἐπάγοντες, καὶ διείσκοντες, ῥᾴον μεταβαίνομεν ἐπὶ τὴν τοῦ πρώτου θεωρίαν, λέγεται ὀρθῶς. μή ποτε δὲ τὴν ἑαυτοῦ θεωρίαν ἡ φιλοσοφία ἕνεκα θεοῦ ποιεῖσθαι προκελεύεται, ἀλλά τινος μείζονος ἕνεκα, δι' ὃ καὶ φιλοσοφία παρελήφθη; φιλοσοφία μὲν γὰρ ἐπιτηδεύθη ἐκ περισπασίας ἡμῶν τῆς περὶ τὸ σοφὸν καὶ τῆς περὶ τὴν θεωρητικὴν σοφίαν ἀγαπήσεως· ἡ δὲ σπουδὴ τῆς περὶ τὸ γνῶναι ἑαυτὸν προκελεύσεως εἰς τελείωσιν τῆς ἀληθινῆς εὐδαιμονίας ἀπὸ τείνεται, ἥτις συνίσταται ἐκ τῆς κατὰ σοφίαν ἀφθάρτου, καὶ τῆς κατὰ κτῆσιν τῆς σοφίας θεωρίας τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ τῶν ὄντως ὄντων γνώσεως. θεωρῆν οὖν καὶ

Sed fortè hæc Apollinis sententia accipienda fuerit tanquã dicentis σωφρόνει, id est temperãs esto: vel secundum Græcam etymologiam, σῶζε τὴν φρόνησιν, id est, prudẽtiã serua. σωφροσύνη enim, id est temperãtia, nomẽ apud Græcos habet quasi σαοφροσύνη diceretur, hoc est integritas prudentiæ. Ita verò nimirũ ad animal prudentiæ capax dep̃cipua causa, qua prudẽtes efficiuntur, sermocinaretur, seruare seipsum admonẽs. Quòd si hic sensus sit, rursum cognoscere oportet, quæ sit essentia nostra. Caterũ alij approbantes sententiam, qua homo paruus mundus esse fertur, hoc dicto admoneri volunt, cognoscendum quidẽ esse hominem: sed cùm homo paruus quidã mũdus sit, nihil aliud quã philosophiæ incumbendũ significari. Quòd si igitur inoffensè philosophari libet, studeamus cognitioni nostri ipsorũ, et verã philosophiã assequemur ab agnitione nostri ad vniuersi speculationẽ ascendẽdo. Sed q̃ à nobis orsi de cæterù quæ in vniuerso cõtinentur ratiocinemur, et quòd inuestigata inuentaq; nostra natura facilùs ad vniuersi contemplationẽ nos conuertamus, rectè dicitur. Vtrùm videtur non tam philosophiæ causa Deus, vt cognoscamus nos ipsos præcipere, quàm alicuius maioris gratia, propter q̃ ipsam quoq; philosophiã assumimus. Incumbimus enim philosophiæ p̃pter sapientiæ desideriũ, et sapientis speculationis amorem. Porrò studium admonitionis cognoscendi seipsum ad veræ beatitudinis consequutionem pertinet, quæ quidem ex affectu circa sapientiam consistit, & ex speculatione boni circa sapientiæ comparationem, & verè entium cognitione. Speculari igitur &

* τὸ.

cognoscere iubet Apollo vnũquenq; suã verè essentiã, nõ vt philosophemur sed vt sapientes effecti beatitate fruamur. Nang. cõsecutio essentia nostra reuerentiis, eiusq; vera cognitio, sapietia cõsequutio est. Siquidẽ sapientia, ppriũ est, vera essentia rerũ vera scientia: per sapientiam autẽ perfecta beatitudinis possessio comparatur.

Eiusdem ex libro 4.

Postquã in hac loca descendimus, & externũ hominẽ induimus, vndefallimur nos id existimantes esse quod sub oculos cadit, maximèq; conuenit hac adhortatio ad propria facultatis cognitionem. Siquidem Plato in Philebo memorata sententia, Nosce teipsum, triplicem facit ignorationem. Est autem omni ex parte ignoratio sui mala, sive quis intus sua dignitatis amplitudinẽ ignorans, dum nã in se partem neglectam humiliet: sive extra humilitatem natura sibi appositam ignorans, ob extrinseca extollatur, nesciens omnem naturã mortalem ita se habere prorsus, Vt puer accumulans multum per littus arena,

† adde omn. 2ª.

Vnde sibi fingit permulta, sed omnia statim
Confundit manib. ludens, pedibusq; repulsat.

Quinis igitur qui per ignorãtiam sui quae circa se sunt extollit, is plus attribuit naturae à qua fabricatus est, quãipsamet requirat, vtpote ludicra eius facta tanquã magna et grauia demiratus. Ipsa verò natura in cunctis conuenientẽ dignitatis modũ tenere apparet, neq; cum hominib. supra modũ res sui viliores extollentib. decipi. Caterũ hac sententia, Nosce teipsum, pertinet ad omnẽ existimationem, quae de ꝑsenti aliqua facultate cõcipitur, modumq; cognosci praecipit vbiq;. Porrò seipsum nosse oportere, necessitatem facere videtur, animae & mentis statũ esse cognoscendum, nempe cùm essentia nostra in ipsis existat. At si quis dicat, Vndequaq; teipsum cognosce: hoc dicto contineri apparet, & nos & nostra, & quae nostrorũ sunt. Huiusmodi quidẽ distinctione tam exacta vsus est Plato, qui operae precium ratus est tum sese solùm cognoscere extra catera cuncta, & sine circũiacentib. tum rursus vndequaq; se cognoscere, vt et internus immortalis homo cognoscatur, et vmbratilis ille forinsecus nõ ignoretur, et quae ad vtrũq; pertinent intelligãtur. Ad interiorem enim pertinet perfectissima mens, in qua id existit, quod hominẽ appellamus, cuius vnusquisq; nostrũ vmbra duntaxat et imago est. Ad externũ verò simulacrũ illud pertinẽt illa q̃ circa corpus sunt ac possessiones, quorũ ẽt facultates scire debemus, & quatenus vtriusq; cura sit habẽda, ne ꝑcium dignitatẽq; partis immortalis, corruptibili ac ternae tribuẽtes, aliàs ridiculã ipsam faciamus, aliàs lacrymatione dignã, dum in hac solida vita comœdo tragœdia detinetur: neq; rursus mortalis partis vtilitatẽ applicãtes immortali, miserabiles simus, iniustiq; per omnia propter ignorantiam quae debita cuiusq; dignitas existat.

μαθάνειν τὸ Γνῶθι σεαυτόν, ὑχ ἵνα φιλοσοφήσωμεν, ἀλλ' ἵνα σοφοὶ γενόμενοι, εὐδαιμονήσωμεν. ἡ γὰρ τελεία τῆς ὄντως οὔσης οὐσίας ἡμῶν, καὶ ἡ τῶν ἀληθῶν γνῶσις, σοφίας ἐστὶ τελεία· εἴη δ' ἂν σοφία ἴδιον, ἡ τῶν ὄντων οὐσία τῶν πραγμάτων ἀληθὴς ἐπιστήμη, ἡ δὲ σοφίας δὲ ἡ τῆς τελέας εὐδαιμονίας γίνεται κτῆσις.

Ἐπειδὴ δὲ ἐστὶν ἡ κατάβασις ἡμῖν εἰς τὰ τῇδε καὶ τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον ἀΐδιον, καὶ ἡ παντελῶς οὐκ ἀληθῶς τοῦτό ἐσμεν ὃ ὁρώμενον, πρόσφορος οἰκεία εἰς τὴν γνῶσιν τῆς ἑαυτῆς δυνάμεως. ὁ γὰρ δὴ Πλάτων ἐν τῷ Φιλήβῳ μεμαθηκὼς τὸ Γνῶθι σαυτόν, τριχῆ διαιρεῖται τὴν ἄγνοιαν. πᾶσα γοῦν τοίνυν ἡ ἑαυτῆς ἄγνοια πονηρὰ, ἐάν τε τις ὁ ἔσω ὂν μέγεθος τῆς ἀξίας ἀγνοήσας τὸ ταπεινώσῃ ὂν θεῖον, εἴ τε τις ὁ ἔξω ἀγνοήσας ὂν φύσει πρόσκοινον αὐτῷ ταπεινὸν, ἐπαίρηται ἐπ' αὐτῷ. ἢ ὃ πάντῃ ὂν ἀπίθανον,

ὡς ὅτε τὶς ψάμαθον * παῖς ἄγχι θαλάσσης,
ὅσσ' ἐπὶ οἷσι ποιήσῃ ἀθύρματα πηπίθεσσιν,
ἄψ αὖθις συνέχεε ποσὶ καὶ χερσὶν ἀθύρων.

Γᾶς οὖν ἀγνοίᾳ ἑαυτῆς τὰ καθ' αὐτὸν ἐπαίρων ὑπερῆρται τοῦ δημιουργήσαντος αὐτὸν Φύσεως πλέον, ἢ οἰκείαν βεβάληται, τὰ αὐτῆς ὡς σμικρὰ θαυμάζων παίγνια. ἡ δὲ τηρεῖ ἔοικεν ἐν πᾶσι τῆς ἀξίας ὂν πρέπον, οὐδὲν τῆς ἐπαίρεσθαι συνεχὲς καταπομπήν. ὃ γνῶθι οὖν σαυτὸν δύναται εἰς πᾶσαν ἐπόλειψιν τῆς προσούσης δυνάμεως, πολλαπλάσιον γινώσκειν τὰ μέγα ὂντα πρώτων. ὃ μὲν οὖν γινώσκειν ἑαυτὸν, τὴν ἀναφορὰν ἔοικεν ἔχειν ὅτι ὃ γινώσκειν δεῖν τὴν ψυχὴν καὶ τὸν νοῦν, ὡς ἐν τούτῳ ἡμῶν ὑποκειμένων· ὃ δὲ πρώτη γινώσκειν ἑαυτὸν, συμπαρειλημμένην ἔοικεν ἡμᾶς καὶ τὰ ἡμέτερα καὶ τὰ τῶν ἡμετέρων. τοιαύτη μὲν καὶ ἡ ἐν τούτοις τοῦ Γνῶθι σαυτὸν ἀκριβὴς φιλοπονηθέντος ἐκεῖνος τῶν ἄλλων, καὶ δίχα τῶν πρὸς ἡμᾶς ἀπρώτων γνῶναι ἑαυτὸν· καὶ πάλιν πρώτη γνῶναι ἑαυτὸν, ἵνα καὶ ὁ ἐντὸς ἀθάνατος γνωσθῇ ἄνθρωπος, καὶ ὁ ἐντὸς εἰκονικὸς μὴ ἀγνοηθῇ, καὶ τὰ τούτοις προσφέροντα γνώσιμα ᾖται. προσφέρει μὲν γὰρ τῷ ἐντὸς, πρωτέλεσμᾶς, ἐν ᾧ αὐτὸς ἄνθρωπος, ὃ εἰκὼν ἕκαστος ἡμῶν· προσφέρει δὲ τῷ ἐντὸς εἰδώλῳ τὰ περὶ ὃ σῶμα καὶ τὰς κτήσεις. ὧν δεῖ γὰρ τὰς δυνάμεις γινώσκειν, καὶ ὃ ἄχρι τινὸς τούτων φροντιστέον, ἵνα μήτε τιμῶ τῷ ἀθανάτῳ τὰ ἀξίαν παρεπλέοντες τῷ φθαρτῷ καὶ γηίνῳ, καταγέλαστον αὐτὸ ποιῶμεν, καὶ πάλιν ἄξιον δακρύων ἐν τῇ κωμῳδοδαιμονίᾳ τῇ τῶν αἰσθητῶν βίων ἐνεχόμενον μήτε τὴν τοῦ θνητοῦ ταπεινότητα τῷ ἀθανάτῳ προσάπτοντες, ἐλεεινοὶ ὦμεν καὶ ἅμα πρώτων ἄδικοι τῇ τοῦ κατ' ἀξίαν ἀγνοίᾳ.

Θεοῦ

Θεῖον μάθημα καὶ πρῶτον οἱ ἄνθρωποι, ὃ γινώσκειν τινα ἑαυτὸν, διδασκόμεθα. ὁ γὰρ ἑαυτὸν γνοὺς, γνώσεται Θεόν. Θεὸν δὲ ὁ γνοὺς, ὁμοιωθήσεται Θεῷ. ὁμοιωθήσεται δὲ Θεῷ, ὁ ἄξιος γενόμενος Θεοῦ. ἄξιος δὲ γίνεται Θεοῦ, ὁ μηδὲν ἀνάξιον πράττων Θεοῦ· μηδὲ φρονῶν μὲν τὰ αὐτοῦ, λαλῶν δὲ ἃ φρονεῖ, ποιῶν δὲ ἃ λαλεῖ.

1 *Diuinum hoc & primum homines praeceptum discimus, vt noscat quisque seipsum. Nam qui sese nouit, Deum cognoscet. Qui Deum nouerit, Deo assimilabitur. Similis autem fiet Deo, qui Deo dignus fuerit. Deo autem dignus sit, qui nihil Deo indignum committit: sed cogitat res diuinas, & quae cogitat loquitur, & quae loquitur facit.* Agapeti ad Iustinianū.

ΕΤΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΓΝΩΘΙ ΣΑΥΤΟΝ, Λόγος ργ΄.

RVRSVS DE COGNITIONE sui, Sermo CIII. Ex Antonio & Maximo.

Περιπάτει ἐν ὁδοῖς καρδίας σου ἄμωμος, καὶ γνῶθι σαυτὸν ὅτι ἐπὶ πᾶσι τούτοις ἄξει σε ὁ Θεὸς εἰς κρίσιν.

Ambulato in vijs cordis tui inculpatus, & noscete ipsum. Nam de omnibus istis Deus ad rationem postulabit. Eccles. 11.

Οἱ ἑαυτοὺς ἐπιγνώμονες, σοφοί.

Qui seipsos cognoscunt, sapientes sunt. Sirach.

Σωτήρησον καὶ προσέχε σοφοδρῶς, ὅτι μετὰ τῆς πλησίον σου περιπατεῖς.

Obserua & animaduerte diligenter, quoniam cum ruina tua (periculo tuo) ambulas.

Τί βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ δοκὸν οὐ κατανοεῖς;

Quid vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem in tuo oculo non animaduertis? Matth. 7. & Luc. 6.

Σὺ τίς εἶ ὁ κρίνων ἀλλότριον οἰκέτην; τῷ ἰδίῳ κυρίῳ στήκει ἢ πίπτει. σταθήσεται δέ. δυνατὸς γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς στῆσαι αὐτόν.

Tu quis es qui iudicas alienum seruum? proprio Domino stat aut cadit: imò fulcietur vt stet: potens enim est Deus efficere vt stet. Rom. 14.

Ἡ ἀκριβὴς σαυτοῦ κατανόησις, αὐτάρκη σοι παρέχει καὶ χειραγωγίαν πρὸς τὴν ἔννοιαν τοῦ Θεοῦ.

Accurata cognitio tuiipsius, sufficienter te velut manu deducet ad notionem & contemplationem Dei. Basilij. †for. virtus.

Μεμνημένος τῆς φύσεως, οὐκ ἐπαρθήσῃ ποτέ. μεμνήσῃ δὲ † αὐτοῦ, ἐὰν προσέχῃς σαυτῷ.

Memor naturae, nunquam superbies. Memor autem eris ipsius, si teipsum obserues.

Ἐπαθες οὐθὲν ὃ ἐγκαλεῖς καὶ τὸ μὲν ἀλλότριον κακὸν ὀξυμελῶς βλέπεις, τὸ δὲ σαυτοῦ αἶσχος ὑδαμοῦ πηλεῖς.

Hoc tute pateris quod in alio accusas: & alienum quidem malum acutè vides, tuum verò dedecus nihili facis.

Τῷ ὄντι γὰρ ἔοικε πάντων εἶναι χαλεπώτατον, ἑαυτὸν ἐπιγνῶναι. ὁ γὰρ μόνος ὀφθαλμὸς τὰ ἔξω βλέπων, ἐφ' ἑαυτὸν οὐ κέχρηται τῷ ὁρᾶν· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἡμῶν ὁ νοῦς, ὀξέως τὸ ἀλλότριον ἁμάρτημα καταβλέπων, βραδύς ἐστι πρὸς τὴν τῶν οἰκείων ἐλεγχωμάτων ἐπιγνωσιν.

Nosse seipsum omnium difficillimum esse videtur: non enim solus oculus, alia intuens seipse non cernit, sed etiam mens nostra acutè aliena errata videns, ad suorum cognitionem tarda est.

Ἐρεύνα σαυτὸν πλόον, ἢ τὰ τῶν πέλας.

Scrutare teipsum magis quàm proximos. Theologi.

Τὸ μὲν γὰρ αὐτοῦ κερδαλέος, τὸ δὲ οἱ πέλας.

Illud enim tuum est lucrum, hoc verò proximorum.

Γνῶθι σαυτὸν πόθεν εἶσι, πόθεν, καὶ ὅστις ἐτύχθης, Ῥηΐδά κεν ὧδε τύχης κάλλεος ἀρχετύπου.

